ELEMENTA IVRIS CIVILIS, *SEV* *INSTITVTIONES* IMPERIALES IN Carmen contractæ,

AVTHORE
L. HONORATO DRACONE
IVRISCONSVL.

Eiuſdem de Iuriſprudentiæ ſtudio, & Iu-ſtitiæ laudibus Sylua.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI



LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
1551.
Cum Priuilegio Regio.

AVTHOR STVDIOSAE LEgum Iuuentuti.

Muſæ verentes eripi ſibi ſuum,
Ad ſacra Themiſtos cùm vocarer ſcilicet,
A iure factam credidère iniuriam:
Odióque dignam rem putantes deſerunt,
Qui tractat eius placita, qui ſe pellere
Tentauit. ergo mira nulli res ſiet,
Abeſſe Muſas, cùm ſequor leges, eas
Quanquam fugaſſe ſat ſupérque incommoda
Potuére, Martis quæ furor feruens tulit,
Fortunáque hoſtis mihi magis, quàm mitibus
Mars, quàm Camœnis turbulenta tempora.
Cur ergo prodit, quod probatum iri haud puto?
Diſpendij omne proprij periculum
Subeo lubenter, dum feras compendij
Meo iuuentus ex labore plurimum.
Id quod probabit quiſquis haud eſt reprobus.
Verùm Alciatus calculum dat candidum.
Quid iam verebor, cæteri quid ſentiant?
Αὐτὸς γάρ ἐστι πάγμα μοὶ σοφῶν μόνος.

L. Honorati Draconis ELEMENtorum Iuris Ciuilis

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

VT ſtudijs Auguſta feri eſt ornanda Gradiui
Maieſtas, ſic eſt placitis armanda Themiſtos
Aequè: vt prudenter tempus moderetur vtrunque
Et belli, & pacis: ne tantùm terror, & horror
Hoſtibus immineat, ne tantùm clara triumphis
Gloria contingat vincenti: quin & iniquos
Legitimæ mulctent methodi, atq; calũnia ceſſet.
Quorum vtrãq; viam vigilantia noſtra peregit
Sedula, ſupremi nutu præſente Tonantis.
Nam quantum bello ſudarimus, Africa teſtis,
Et non parua orbis pars noſtro Marte recepta,
Hoſtilesque procul pulſi, domitiq́ue furores,
Cæſaque Barbaries trux. Porrò legibus orbis
Omnis iam regitur, quas, aut inuenimus ipſi

Autores: aut ex veterum collegimus amplis,
Innumeriſque voluminibus. Concluſimus ergo
Codice tres vno, quem nomina noſtra decorant,
Cæſareæq; explent leges auctæ, atq; remunctæ,
Diſsidio, ac vitÿs ſublatis omnibus. Inde
Iuriſprudentum ſcripta illa immenſa, laborem
Spe ſuperãte, Deóq; iuuante redegimus arctam
In ſummam, atq; vnũ mendis purgata volumen:
Vnde id Pandectas lubet, & Digeſta vocaſſe.
Tandẽ ſumma breui perſtricta elementa libello,
Quem titulis pariter noſtris ornauimus, ecce,
Offerimus, legum ſtudÿs accenſa iuuentus.
Cæſare quò vobis primordia Iuris ab ipſo
Dentur, vt & veſtri ſtudÿ perfectio noſtro
Munere contingat: ſic per nos amplus honorum
Eſto patens vobis aditus, ſic nos damus, vnde
Læta magiſtratu capiat Reſpublica dignos.

¶DE IVSTITIA, ET IVRE. TITVLVS I.

IVſtitiam canimus. ſanctæ huius virginis ora
Blanda bonis, auſtera malis, quibus æqua rependit
Lance pari: hoc ipſi facere eſt æterna voluntas.
Adſtat chara Deæ Iuriſprudentia, noſſe
Diuina,

Diuina, atque humana docens, ſecernere iuſta
Iniuſtis. Hæc proinde iubet tria: viuere honeſtè,
Ius tribui vnicuiq; ſuum, non lædere quenquam.
Ius duplex, etenim, quod publica cōmoda cernit,
Publicum id eſt, at quod priuatis proſpicit, illud
Priuatum. atque ipſum vel naturalia dictant
Præcepta: aut gentes ſibi conſtituêre, vel vrbes.

¶DE IVRE NATVRALI, GENTIVM, ET CIVILI. TITVL. II.

IVs naturale eſt, quod cuncta animalia norunt,
Non homines tantùm, natura nēpe magiſtra.
Hinc muliebre genus maribus Venus alma reuincit.
Hincq; fouent fœtus, & alunt animalia partus.
Quos frenant populos leges, morés ve, ſuopte,
Et proprio partim, quódq; eſt cōmune, quibuſque
Quod ſtatuit ratio naturæ gentibus, vti
Iure patet. Ius hoc rectè Gentile vocatur,
Naturale & idem nonnunquam dicitur. Illud
Eſt Ciuile datum, cui venit nomen ab vrbe,
Cui proprium fuerit. quòd ſi non additur illi
Cuias, ciuile, & tantùm Ius dico Quiritum,
Ac noſtrum dictum eſſe puta. Ceu voce Poëtæ
Virgiliū Auſonius, Graiusq; ſubaudit Homerū.

Ergo gentile eſt cunctis mortalibus æquè
Ius commune, atque id gentes ſtatuiſſe neceſſe
Vſibus humanis fuit: hinc ſunt bella profecta,
Captiuos facere hinc cœptum, ſeruósq;, quod odit
Naturæ ius. ipſa quidem produxerat olim
Libera colla hominum. contractus deniq; fermè
Omnes inducti gentili Iure putantur.
Τῶν δὲ νόμων οἱ μὲν σοὶ ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγγραφ' εἰσί.
Nempe eſt non ſcriptis Lacedæmon legibus vſa.
Scripto Cecropidæ: ſcripto quoque iure Quirites.
Cuius ſunt ſpecies, lex, plebiſcita, ſenatus
Conſulta, Auguſti placita, & reſponſa ſcientũ,
Atque magiſtratus edicta. Id dicito legem
Eſſe, magiſtratu quod conſultante Senatus,
Romanus populus ſtatuebat. quódque rogante
Ipſa magiſtratu plebeio plebs ſtatuiſſet,
Id plebiſcitum eſt. Pars plebis voce notatur
Illa, ſenatores cui non ſunt, patritijq́ue.
At nomen populi hos omnes cum plebe capeßit.
Ergo genus populũ, ſpeciem plebem propè dices.
Iam plebiſcitis vires Hortenſia legum
Lex dedit: at populi vice conſulere inde Senatũ
Cœptum, quæ ſcripti ſpecies eſt tertia iuris.
Regia Cæſaribus populi ius contulit omne
Lex. ergo illorum placitis vim legis ineſſe
Ne dubites. quare ſi quid reſcripſerit vlli,

-uditás ve inter parteis decreuerit, aut ſi
-dictum poſuit Princeps, firma omnia ſunto.
-mnia verò iſthæc quòd conſtituantur, adeptum
-omen habent. verùm ſunt perſonalia quædam,
-xtra impetrantem nec ſunt omnino trahenda.
-Hoc quia nō voluit Princeps, ceu dū quid amico
-ndulget, benè vel meritò donauerit vlli.
Altera cōprendunt, cùm ſint generalia, cunctos.
-ortio iuris item prætorum edicta, curules
Edictum quoque de cauſis poſuere quibuſdam,
Queis iuris nomē deductum ab honoribus hæſit.
Olim etiam iuriſconſultis condere Cæſar
Iura dedit, quæ iudicibus reſponſa neceſſe
Sectari fuit: hæc ſcripti ſunt iuris, at illud
Eſt ex non ſcripto, quod conſuetudo probauit
Tempore ſufficiens. Sed naturalia certè
Iura manent omni populo, mutandáq; nunquam.
At vel cōnſenſu populus mutare ſilenti,
Vrbs quod quæq; ſibi ſtatuit, vel lata ſecundò
Lex contrà poterit. Leges quibus vtimur omnes
Perſonas ſpectant, vel res, aut actio quæque
Dant quæ ſit. iuris condendi cauſa fuiſtis
Perſonæ: vos ergo alijs prænoſcere præſtat.

¶DE IVRE PERSONARVM.
TITVL. III.

OMnis homo eſt liber, vel ſeruus, liber is eſt, cui
Naturalis adeſt faciendi quodque facultas,
Ni quod iura vetant, vel vis contraria iuri.
Gentili contra naturam iure ſubactus,
Sub domino quicunq; ſit, hunc ſeruũ ipſe vocato.
Seruus vel noſtris ancillis naſcitur, aut fit,
Cùm bello captum proprios quis ſeruat in vſus,
Vendĕdúmve. etenim ſeruũ à ſeruare vocamus.
Inde & mancipium, manibus quòd captus ab hoſte eſt.
Ciuili verò ſeruus fit Iure, decem bis
Annos egreſſus poſt pleni tempora luſtri
Se vendi patiens, pretio vlla ex parte recepto.
Vna eſt conditio ſeruis diſcrimine nullo:
Ingenuus liber, vel libertinus habetur.

¶ DE INGENVIS. TIT. IIII.

INgenuum dico, ſimul eſt qui liber, vt ortus,
Si libertinis genitus fuit, ingenuis ve
Ambobus, vel vtraq; habuit de ſorte parentes.
Ingenuus quoque ſit, fuerit cui libera mater,
Vel dum concepit, vel dum parit, intereáve.
Nec matrem obſtabit ſeruam quandoq; fuiſſe,
Seruiſſe ingenuum natum natalibus æquè

Ne noceat, ſi quando manu ſit miſsio facta.

¶ *DE LIBERTINIS.* TITVL. V.

HAec libertatis datio eſt: quique antè vocandus
Seruus erat, verè eſt pòſt libertinus habendus.
Gentile inuentum hoc, hominũ diſcrimina voce,
Conditionéque Naturæ non nota parenti,
Cui nõ hac opus eſt, hominem ſeruũ eſſe vetanti.
Ante magiſtratum, ſedeátne, vel ambulet ille,
Nil refert, poteris libertatem dare ſeruo,
Vindicta fieri quod dicitur. Inter amicos
Hoc etiam facies, ſi verbo expreſſeris, atque
Hoc per epiſtolium, ſi ſcripſeris. & valet æquè
Si testamento libertum iuſſeris eſſe.
Conſtituêre ſacris in templis denique poſſe
Hoc fieri Auguſti. quin, queis contingere poſsit
Libertas, ſcripſere modos, & caſibus illam
Nonnullis iuſsêre. Sed hic non cuncta referri
Vult breuitas. Libertinis ſors omnibus vna eſt.
Sẽper vbiq; manu ſeruos here mitte, quot optas.

¶ *QVIBVS EX CAVSIS manumittere non licet.*

TIT. VI.

SI non impediat lex Aelia Sentia factum,
Cùm damnum fuerit paſſurus creditor, idq;
Si bona ſoluendo ſcis non ſatis inde futura,
Suffectura datis nec libertatibus, hæc ſunt:
Non libertatem damnū, fraus ve impedit vna.
Hæredémque tibi proprium ſcripſiſſe licebit
Seruum, & liber erit, ſi caſu quolibet hæres
Non extet ſcriptus: vel ſcriptus, non fuit hæres.
Lex eadem vetuit, qui non impleuerit annos
Quinque & viginti, libertatem dare, ſi non
Vindicta ex cauſa dederit, quæ iuſta probata
Concilio fuerit. dat talem adfectus alumnis
Officij, lactis, doctrinæ, ſanguinis, atque
Coniugij. vxorem ſed debet ducere menſes
Intra ſex, aliâs data libertas rata non eſt,
Ni iuſta impedijt cauſa hunc. Dominíq; negoti,
Cauſa datæ libertati ſatis eſto, gerendi.
Cauſa probata ſemel ne retractabilis eſto,
Seu vera hæc, ſeu falſa fuit. Sic Aelia dictat.
Bis denis minor annis non poterat dare ſeruo
Libertatem olim teſtamento, id graue viſum eſt,
Cùm nato biſſeptem annis teſtatio rebus
Libera de cunctis eſſet, permittimus ergo
Lege, data elogio vt libertas ſit rata ſeruis,
Qui modò teſtatur, decem & octo ſit actus ad
annos.

¶DE

¶DE LEGE FVSIA Canina tollenda.

TITVL. VII.

INuida nunc Fuſi lex eſto vana Canini.
Liberet & ſeruos teſtans, quotcunq; libebit:
Nec ſit, quàm viuo, morienti deterior ſors.

¶DE IIS QVI SVNT ſui vel alieni iuris.

TIT. VIII.

PErſonas iterum ſic nos diſtinguere oportet,
Quod quædã proprij, quædã ſunt iuris alius
Nempe patris, dominíve. Iugo ſubiectus herili,
Seruus erit. Notũ eſt, placuiſſe hoc gẽtibus æquè
Omnibus, vt domino vitæq; necísque facultas
In ſeruos foret, vt quod ſeruus quærit, herili
Id lucro cedat. noſtro at nunc iure vetantur
In ſeruos quamuis proprios ſæuire. necantem
Alteriúsq;, ſuúmque, manet par pœna. Iubetur
Mancipium dominus dare venum, durior æquo
Cui fuerit, nimiúmve iniurius. & bene. nanque
Vt malè nemo ſua re vtatur, publica vult res.

¶DE PATRIA POTEſtate. TIT. IX.

Pigno

Pignora,quæ nobis cõnubia noſtra dederunt,
Eſſe poteſtati dicuntur ſubdita noſtræ.
Connubium eſto,viro ſi conſuetudine vitæ
Iuncta indiuidua eſt mulier.Patria ergo poteſtas
Propria Romanis eſt ciuibus:hæcque nepotes
Ortos ex maribus,reliquósque exinde coërcet.

¶DE NVPTIIS. TIT. X.

Romani inter ſe iungent connubia iuſta
Ciues,cùm iuxta legum præcepta coibunt.
Non ſint inueſtes,patria & conſulta poteſtas
Antè ſinat,quàm coniugiũ quis cõtrahere auſit.
Quem furor inuaſit,conſenſus neutra parentis
Pignora fruſtretur,ſed tradita forma tenẽda eſt.
Hos tibi ne tæda liceat ſociare iugali,
In primiſq; locum retinet quicunq; parentum, ac
Natorum.Vetat hos ſanguis,vel adoptio, quãuis
Iam reſoluta.Soror fratri ne nubat,vtrique
Si vel vterq; parens idem eſt,ſiue vnius alter
Quæ ſola tibi lege ſoror ſit facta,caueto
Ducere,ſi nõ antè parens te emãcipet,aut hanc.
Quámq; tibi neptem fratérve ſoróꝛve crearit,
Huic te,nec natis ex ipſa iungere debes.
Nexus adoptiuæ natura aut lege ſororis
Natæ cùm non ſis,potes hanc tu ducere,poſſunt,

Quos fratres genuere duo, geminæ ve ſorores,
Inter ſe iungi, & nati ex fratre atque ſorore.
Sit matris patriſque loco germana parentis,
Nec ſit aui aut auiæ fratri veneratio diſpar.
Sit nurus ipſa loco tibi, priuignáque natæ,
Próq; parente ſocrũ ducas, pariterq; nouercam,
Quanuis coniugij fuerint iam vincla ſoluta,
Quod dedit haſce tibi: nanq; hoc conſtãte vetaris
Præterea, coniux quòd nulla duobus eodem
Tempore, vti geminis nemo queat eſſe maritus.
Si qua viro ex primo, quæ eſt pòſt mihi nupta, crearit
Filiolam, natus meus ex vxore priori
Hanc ducet rectè. Si poſt diuortia noſtræ
Vxores alijs natas peperêre maritis,
(Quanquã priuignæ non ſunt) non iungimur illis,
Nec patris aut nati ſponſis, licèt illa nouerca,
Vel nurus hæc nobis non ſit. nam ſuadet honeſtas.
Scito quòd & ſeruilis item cognatio ſeruis,
Inde manumiſſis, obicem eſt poſitura hymenæis.
Si qui igitur coëunt cõtra hæc præcepta, maritus,
Vxor, cõiugium, dósq; haud ſunto. Ergo poteſtas
Nõ habet hinc ortos patria, at ſunt qualia matrũ
Pignora miſtarũ vulgo, quòd ſpectat ad ipſam,
Queis nullus pater eſt: quanquam eſt populus pater omnis.

Non igitur tali coitu Romane ſoluto
Actio dotis erit, nec res donata petenda.
Quin alias etiam pœnas ſe incurrere norint,
Coniugium qui ineunt vetitum, quas dicere longum eſt.
Quandoq; eueniet, quod quẽ patria antè poteſtas
Non cohibet, capiat pòſt. talis fit datus aulæ
Naturalis: item quem quis ſuſcepit ab illa,
Quæ ipſi tunc non vxor erat, poterat tamẽ eſſe,
Si pòſt coniugio firmo ſociarit eandem
Ipſe ſibi, vxoris vice quam poſſederat antè.

¶DE ADOPTIONIBVS. TIT. XI.

NOn tantùm natos natura, at adoptio noſtri
Efficiet iuris. Si, qui eſt ſub iure paterno,
Subijcimus noſtro, ſpecies hæc dicitur vna,
Hancque magiſtratum ſat decreuiſſe putamus.
Nullius iuris ſubiectum, Cæſare adopto
Autore, aut potius (ſpeciei nomine vt vtar)
Adrogo. Verùm hodie patrij quẽ iuris adoptas,
Ipſe tui haud facies, nec patria vincla reſolues,
Ni pater aut mater de te illi duxerit ortum.
Pupillum aptè aliter non adrogo, cognita ſi non
Cauſa prius fuerit ſatis vtilis huic, & honeſta:
Et caueam reddẽda ſuis bona cuncta propinquis,

Si pubertatis morte is præuerterit annos.
Cognita cauſa niſi ſit digna, emancipo fruſtra.
Si digna eſt, reddo bona tunc ſua. Præter & illa
Ad me quæ tulerat, quorũ & mea cõmoda fecit:
Ex proprijs teneor moriens legare quadrantem
Illi, ſi moriens exhæredauero, ſiue
Ipſe manu viuens ſine iuſta miſero cauſa.
Naturam ſi non imitatur adoptio, peccat.
Pubertate igitur plena præcedat adoptans,
Hoc eſt ter ſenis annis, quem vult vice nati.
At quis adoptiuos poterit vice habere nepotũ, et
Vlteriore gradu, licèt huic haud filius adſit.
Támq; tibi alterius natum facere ipſe nepotem,
Quàm contrà poteris. verùm accerſendo nepotẽ,
Si tibi adoptiuus vel naturalis adhæret
Natus adhuc, facias, moneo, vt conſentiat iſte.
Cuiuis adoptandum poteris committere natum
Qui erit adoptatus tibi, ſi non extraneus ipſe eſt.
Teſtibus attritis Eunuchus, ſiue reciſis,
Is thlibia, iſte ſpado eſt, ſi natos optat, adoptet.
At non caſtrato, cui gignere poſſe negauit
Naturæ vitium, iure hoc permittitur vti.
Fœmina adoptabit tantùm, quæ à principe prolis
Amiſſæ tale obtinuit ſolamen amori.
Pignora, non ipſos tantum, cum rebus eorum,
Ipſe mei facio iuris, quos adrogo. Liber

Fiet

Fiet, adoptatus, ſeu dictus filius actis
A domino ſeruus: ſed nati haud Iura capeſſet.

¶QVIBVS MODIS IVS *patriæ poteſtatis ſoluitur.* TIT. XII.

Qvi fuerāt patrij, proprio mors patria iuri
Reddit. auiq; nepos obitu ſub patre reſi-
Si morientis aui pater is ſub iure manebat. (det,
Hoc ſi deeſt, primæ ſoboli adſimilabo nepotem.
Si deportetur natúsve, patérve, poteſtas
Patria ceſſabit. quòd ſi indulgentia reddat
Cæſaris hos vrbi, tunc priſtina iura reſument.
Iura relegatus retinebit ciuis, & vrbis.
Sentiet in patrio nulla ergo incommoda iure.
Damnatus quicunque feris eſt, atque metallo,
Pœnæ ſeruus hic eſt: proprio quoq; iure carebit.
Quem Cæſar patrem legit ſibi, patritium aio,
Nulla poteſtatis retinent hunc vincla paternæ.
Captus ab hoſte pater ſi ſit, prolésve, poteſtas
Patria pendet, erunt nam priſtina iura reuerſis
Ob poſtliminium, quòd ſemper in vrbe fuiſſe
Fingit eos, dictum, quòd limen terminus ipſe eſt
Imperij, amiſſū repetit, quod ab hoſte reuertens.
Ante magiſtratum ſobolem ſi emancipo, id eſt, ſi
Mitto manu, ſuper hanc ceſſabit noſtra poteſtas,
Inque

Inque bonis eius,quantum ſperare patrono
De re liberti liceat,mihi iura reſeruat
Prætor,& impubes ſi ſit,ſum tutor eidem.
Si quis habet natum,déq; hoc viuente nepotem,
Mittere vtrunque manu poterit, vel vtrumlibet horum.
Perdis iura patris,ſi,cui tu extraneus haud es,
Tradis adoptandos natos,vt diximus antè,
Ante manumiſſum patrem conceptus auito
Subdetur iuri,quanquàm pòſt ortus.Idémque
Inſpice conceptus tempus,tradente parente
Si quis adoptatus ſobolem ſuſceperit inde.
Liberat ex cauſa quis natum aliquando coactus.

¶DE TVTELIS. TIT. XIII.

ILlis,quos dictum eſt alieno à iure ſolutos,
Partim tutor erit,partim curator habendus,
Partim neuter erit.qui ſint hi,nota priorum
Conditio oſtendet.Tenerum defendere ob æuum
Cùm non quit ſe liber homo,permiſſa poteſtas,
Et data vis eſt hunc ciuili à iure tuendi.
Tutela hæc dicta eſt.quibus hæc cõmiſſa facultas,
Hi ſunt tutores.Rectè teſtando parentes
Tutores dederint natis,qui ſacra paternæ
Vincla poteſtatis nondũ excuſsêre,modò hi ſint

Inueſtes.ſed auus fruſtra dabit ipſe nepoti,
Quando pater ſupereſt,quē patria iura morātur.
Hîc pro iam nato cenſetur poſthumus omnis,
Qui teſtatoris fuerat ſub iure futurus
Naſcendo,teſtator adhuc ſi viueret,ille
Confirmandus erit remorāte haud præſide tutor,
Quem pater antè manumiſſo teſtando reliquit.

¶QVI TESTAMENTO Tutores dari poſſunt. TIT. XIIII.

TEſtamenta dabunt tutores,non modò iuris
Sunt quicūq; ſui,ſed ſubdita pignora patri,
Ac ſeruum proprium cum libertate.darique
Directa hæc,quanquā non eſt expreſſa,putatur.
Non ita,ſi tanquam liber,tutor datus is ſit.
Mancipium alterius ſub conditione relinquam,
Si liber fuerit,tutorem:non ita purè.
In proprio contrà ſeruo contingit vtrunque.
Quem quis tutorem furioſum ſiue minorem
Scripſit,ſit tutor,dum compos mente erit ipſe,
Hic cùm bis denos poſt quinq; euaſerit annos.
Ad certum tempus,certó ve ex tēpore,vel ſub
Conditione,queo tutorem ſcribere,& ante
Hæredem.Certæ cauſǽ ve,reí ve nequibo.
Eſt etenim tutor perſonis dandus. Habetur

Inter

Inter iam natos hic poſthumus, accipiétque
Tutorem pariter natis à patre relictum.
Verùm fili in hoc vox complexiua nepotes
Non eſt. Liberi eos comprendunt, indeq; prolem
Omnem. poſthumi item cunctos intelligo voce.

¶DE LEGITIMA AGNAtorum tutela. TIT. XV.

SI teſtamento ſcriptus ſit nemo paterno
Pupillis tutor, vel ſcriptus mortuus antè,
Quàm ſit teſtator, biſſenis ſcripta tabellis
Sufficit agnatos lex. Sexu nexa virili
Efficit agnatos cognatio: ſexus at alter
Cognatos tantùm eſt naturæ iure daturus.
Non matrem, at patrem ſequitur, qui agnaſcitur. ergo
Ex amita natus, tibi ſit cognatus oportet
Tantùm, túq; illi: tibi verò agnata vocanda hæc.
Eſt autem iuris Romani agnatio nomen,
Quam perimit capitis quæcunq; minutio: verùm
Non ita per quamuis poterit cognatio tolli.
Ciuilis ſiquidem ratio ciuilia iura
Commutare poteſt: at naturalia nunquàm.

¶DE CAPITIS DIMINVtione. TIT. XVI.

EST triplex capitis comperta minutio, primi
Mutatiua ſtatus. nam eſt maxima, cùm quis & vrbem,
Et libertatem perdit. media, aut minor vrbem
Tantùm adimit. minima libertas, vrbsq; tenetur:
Alterius ſed fit iuris, qui non erat ante.
Vel contrà. vendi ſe paſſum prima coërcet,
Quósque atrox pœnæ ſeruos ſententia fecit,
Et quos patronis libertos damnat iniquos.
At mediam lympha ſubit interdictus, & igni:
Ac deportatum quem continet inſula. pono
Exemplũ minimæ, quẽ emancipo, quẽ vel adopto,
Si proprij hic iuris fuerit. Seruus caput vllum
Nõ habet. ergo nequit minui capite. Vltima, iura
Non tollit, quæ dat cognatio: maxima, tollet,
Et media & nunquam libertos illa reſument.
Legitima agnato tutela eſt proximiori
Danda gradu, plures vno cùm ſunt, dabo cũctis.
Vltima cognatos agnatis iura peræquant.
Tutela ergo æquè, & ſucceſsio ſpectat vtroſq;.

¶DE LEGITIMA PATRONORUM tutela. TIT. XVII.

LIbertorum etiam eſt ex legis mente patroni
Tutela. hos etenim quorũ eſt ſucceſsio, debet
Tutelæ contingere onus, ſint hi niſi inepti.

Non

Non eſt liberti tutrix mulier, tamen hæres.

¶DE LEGITIMA PARENTUM tutela. TIT. XVIII.

PAtroni exemplo fertur tutela parenti
Quando manu hunc miſi, qui nondum eſt factus ephœbus.

¶DE FIDVCIARIA TVTELA. TIT. XIX.

PAtre manumiſsi defuncto impuberis, ipſum
Tutela cohibent (cui dat fiducia nomen)
Pignora defuncti ſexus maris, his tamen ætas
Integra ſi eſt. omnis tutela hoc, curáque poſcit.

¶DE ATTILIANO TVTORE, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. TITVL. XX.

CVi non eſt tutor, vel ſi cui pendet, in vrbe
Vrbi præfectus, prætór ve inquirere debẽt,
Próq; modo imperij dare. Quẽ prouincia claudit,
Huic præſes quærat, niſi opes ſint fortè puello
Infra quingentos ſolidos, quod epiſcopus vnà,
Et defenſores huic vrbis quærere debent.
Cautio legitima hîc capientum eſt danda periclo.
Vtq; æquũ eſt, tutela regat, quem non regit ætas,
Sic, qui tutelæ geſſere negotia, eadem

Finita, ratio rationem reddere cogit.

¶DE AVTORITATE TVtorum. TIT. XXI.

NOn aliter damnum, aut vinclum pupille ſubibis,
Ni tibi ſit tutor præſens, autórque negoti.
Vtilis vt tibi ſis, aliúmque liges tibi, nullo
Hîc opus eſt autore. tamen bona ne petito hæres
Quouis iure, niſi tutore autore, periclum aut
Damnum ne ſubeas, dum lucra capeſſere credis.
Si tibi iudicium ſit cum tutore, quòd ille
In re autor propria non ſit, curator oportet
Sufficiatur, in hac porrò tantummodò cauſa.
Quare hæc iudicio ceſſabit cura peracto.

¶QVIBVS MODIS TVtela finitur. TITVL. XXII.

TVtelam finit pubertas prima iuuentæ
Pupillis veniens. quod definiuimus annis
Biſſeptem expletis maribus contingere, biſſex
Compleuiſſe ſatis priſci duxêre puellæ.
Tutelam ſoluit puero, paritérque puellæ
Contingens capitis quæcunque minutio: ſoluet,
Tutorem adficiat ſi maxima, vel minor. atqui

Legiti

Legitimam, quamuis minima expirare decebit.
Omnem mors ſoluit tutoris, ſiue puelli.
Conditionalémq; datum, aut ad tempora certa,
Conditio abſoluet veniens, aut tempora lapſa.
Denique ſuſpitio tutelam abſcindit: & illa
Exoluet ſe, qui cauſas oſtendet honeſtas:
Quarum tractatus rerum poſt pauca patebunt.

¶DE CVRATORIBVS. TIT. XXIII.

A Pubertate ad vicenos vſque peractos,
Ac quinos annos dabitur curator ab ijſdem,
Qui dant tutorem. Quem teſtamenta dederunt,
Hunc vt confirmet præſes, vel prætor, oportet.
Inuito nunquàm eſt dandus curator ephœbo,
Ni ad litem. potes ipſe rei tamẽ hunc dare certæ.
Verùm luſtra licèt complerint quina, profuſus,
Et furioſus, eis agnati lege iubente
Sint curatores, morbo qui perpete languent,
Mente etiam captis, curatores dare oportet
Cuique eſt iam tutor, ſed non ſatis aptus. item ſi
Ad tempus quis ſe excuſet. Supereſſe puelli
Rebus ſi nequeat, ſit pupillúsque, vel abſens,
Aut infans, iudex tutoris tum ipſe periclo,
Quem volet actorem, decreto ſufficit illi.

¶DE SATISDATIONE Tutorum & Curatorum.

TIT. XXIIII.

DEbent Curator Tutórq; ſatiſdare, præter
Iudice, qui docto lecti ſunt, aut codicillis.
At ſi hi ſint multi, qui ſat dabit, ipſe miniſtret
Res ſolus, ſi non alter ſatis offerat: vllo
Non ſat dante, gerat, quem teſtamenta notarunt
Geſturũ: hoc ſi non ſcriptũ eſt, quem maior eorũ
Pars elegerit. at ſi non electio concors
Eſt, interponi tum partes iudicis æquum eſt.
Sat dare curator captis tutórque recuſans
Pignoribus cogatur. & hanc quicunque tenetur
Exigere, & non exegit, vel non ſatis aptè,
Læſo in ſubſidiũ hic, tũ huius cõſtringitur hæres.

¶DE EXCVSATIONIBVS Tutorum vel Curatorum.

TIT. XXV.

BIs duo in Italia, ſi cui ſunt pignora, Romæ,
Cui tria, cui ve alibi quinque, à cura abſtinet, atque
Tutela. viuant modò, vel res publica credat
Viuere, quòd pro illa (q̃ magna eſt gloria) Marti
Expoſitis animis mortem occubuere: ſed iſtum
Non implet numerum, dederit ſi nata nepotem:

Imple

Implebit nato genitus pro patre ſuperſtes.
Quin ob adoptatos non excuſatur adoptans:
Sed naturali hi poterunt prodeſſe parenti.
Et procurator fiſci excuſatur, & abſens
Pro re qui populi eſt. verùm curator. in huius
Qui munus ſuffectus eris, dimittito curam
Regreſſo: noua ſi tutela ſit, hac vacet annum:
Et ſi cui à populo fuerit commiſſa poteſtas,
Atqui ſuſceptam non mittet, iudiciúmque
Cum puero exercens, aut de maiore bonorum
Parte, aut de cunctis à munere ceſſet vtroque.
Non adfectatæ tutelæ munera terna
Vel curæ excuſant: vbi multorũ vnica fratrum
Cenſenda eſt tutela. Parem quicunque docebit
Se non eſſe oneri pauper, morbóque grauatus,
Indoctúsque, inimicus item capitalis & acer,
Ni pòſt pacatus fuit à teſtante relictus
Ob memorem iram, quíque à teſtante ſubiuit
Iudicium ſtatui motum, Romæque docentes
Grammaticam, vel rhetoricam, medicíq;, ſuáq;
In patria has intra numerum qui exerceat artes,
Immunes à tutela curáque putentur.
Fruſtrà excuſatur, qui ſe promiſerit antè
Patri geſturum. Miles nolít ve, velít ve,
Quíque ter octenos vno haud ſuperauerit annos
Tutelæ prohibentur onus, curæque ſubire.

Aſt annos decies ſeptem tranſgreſſus ab illo
Se excuſare poteſt, & qui iam geſſerit eius
Tutelam, cuius curæ depoſcitur, & ſi
Iuſſerit hoc teſtans. vxoris cura marito
Non committatur, quanuis ſe immiſceat ipſe.
Excuſare volens ſe, non adpellet: at intra
Quinquaginta dies cauſſas ferat, altera, victus
Vna ſi ſupereſt, hanc deducátque, probetque
Iuge infra ſpatium pleno cum menſe diebus
Vicenis conſtans, poſtquàm cognouerit eſſe
Is ſe tutorem curatorémve creatum.
At ſi vltra centum lapides is diſtat ab vrbe,
In qua tutelæ curæ've creatio facta eſt,
Viceno cuicunq; diem lapidi addere par eſt.
Et triginta dies, quos ſic ego computo, ne ſint
Hi minùs hoc ſpatio, quod definiuimus antè,
Scilicet ex decies quinis conſtare diebus.
Quicunq; eſt tutor, patrimonia cũcta gubernet.
Falſas ob cauſas, à iudice quiſque ſolutus
Non minùs inde oneri tutelæ obnoxius eſto.

¶DE SVSPECTIS TVTORIbus & Curatoribus. TIT. XXVI.

SVſpecti crimen biſſenis ſculpta tabellis
Lex prodit. punítq; id prætor Romæ, alibíq;
Præſes. Suſpectos generis cuiuslibet omneis
Tutores damnare licet, dum fama patroni
Salua

Salua ſit. aſt exercitio priuabit eundem
Suſpitio. Accuſant omnes, ac ſexus vterque:
Dumtamen huc mulier ſola pietate feratur.
Nemo ſuum inueſtis tutorem accuſet oportet.
At curatorem pubes, ſi fortè propinquis
Sit viſum, poterit. Suſpectus pellitur omnis,
Quāquā ſoluēdo eſt, quāquā nōdū ipſe miniſtrat,
Culpa, dolúsq; premunt ſuſpectū. infamat hic, illa
Non æquè. Intereà, dum lis ſub iudice pendet,
Abſtineat quiſquis reus eſt. qui ſi occidat ante
Finitam litem, ſuſpecti notio ceſſat.
Si latitans tutor decerni alimenta vetabit
Pupillo, illius bona cuſtodire profectò
Hunc poſſeſſorem decretum iure decebit.
Quæque futura mora ſunt deteriora, iubentur
Curatore dato vendi. Ergo alimenta negantem
Priua, vt ſuſpectum: ſed qui poſſe inficiatur
Decerni, atq; inopem pupillum fraude vocarit,
Si mendax fuerit, præfectus puniat vrbi.
Quíq; miniſterium nummis ſibi comparat, atque
Libertus malè verſatus, tutela patroni
Credita cui fuerat natorum, ſiue nepotum.
Nulla ſatiſdatio, quamuis oblata, iuuabit
Hos qui fraude gerunt tutelam, quò minùs illa
Pellantur. Pauper dum ſit tamen vſque fidelis,
Non vt ſuſpecto, debet tutela moueri.

Libri primi finis.

L. HONORATI DRACONIS ELEMENTORVM IVRIS CIVILIS

LIBER SECVNDVS.

¶*DE RERVM DIVISIONE, & acquirendo rerum dominio.*

TIT. I.

IAM perſonarum deprompto iure ſequatur
Rerum tractatus. Quæ vel patrimonia noſtra
Conſtituunt, vel ſunt extra patrimonia, eorum
Naturæ quædam cuiuis communia iure:
Publica ſunt quædam, quædam nullius: Item quæ
Priuato veniunt titulo, collectio quædam
Multorum cohibet: Quarum adquiſitio cauſsis
Obuenit ex varijs. his vt ſubiecta docebunt.
Aër, vnda fluẽs, mare, littora, quæ mare cingũt,
Naturæ cuiuis communia iure putantur.
Fas igitur littus cunctis accedere, villis
Dum tamẽ abſtineant, ac ædibus, & monumẽtis.
Gentiũ enim iuris non ſunt hæc, ſit mare quãuis.
Flumina cuncta patent, & portus cuilibet. ergo

Piſcari

Piſcari in portu & fluuijs impune quibusque.
Eſt littus, quantum hibernus procurrerit ingens
Fluctus. Communis riparum & fluminis eſto
Vſus, proprietas verò, plantæque ſubortæ
Ripis ſunto illis, quorum ſunt prædia iuncta:
Publicus eſt vſus quoq; littoris, vt mare. verùm
Proprietas nulli. nulli ſtadia atque theatra,
Atque huiuſcemodi vergunt. Communia nanq;
Hæc vrbes ſeruant. Nulliùs res quoque ſacræ,
Relligioſæ etiam, & ſanctæ, ſuperisq; dicarunt
Quæ bene pontifices, hæc nulli vendere fas eſt,
Ni tantùm pietas id ſuaſerit, atque neceſſum.
Quin locus, in quo ædes dudum ſacrata, manebit
Sublata æde ſacer. Loca relligioſa voluntas
Cuiuſcunque facit ſua, humãdo cadauera in ipſis.
Quòd ſi purus adhuc locus eſt, ſociúsque recuſat,
Ne ſepeli, ſi non eſt ipſum commune ſepulchrum.
Proprietásque licèt tua ſit, loca non facis ipſe
Relligioſa, niſi pariter conſentiat is, qui
Vſusfructũ habet, atſi vnquam conſentit agelli
Defunctum inferri dominus, locus ille profectò
Defuncto illato ſit relligioſus oportet.
Res ſanctas vrbis portas, murósque vocamus,
Quòd capitalis in hunc ſancita ſit vltio pœnæ,
Qui in muros aliquid delinquit: ſanctio dicta
Hinc lex eſt, pœnã quæ tranſgreſſoribus infert.

Res

Res priuatorum naturæ iure, quod ipſum
Et gentile poteſt dici, vt licet antè videre,
His fieri puto poſſe modis. Volucrésq;, feræque,
Beſtiæ item, & piſces, animalia, quæ mare, cœlum.
Terráve fert, eius fiunt, vbi ceperit vllus.
Nam quæ nullius fuerant, qui adprenderit, horũ
Fit dominus. nec obeſt alieno forſan in agro
Capta quòd hæc fuerint, quanuis domino antè liceret,
Quàm ſubeat venator eò, defendere fundum.
Sed tua ſunt, tua dum cohibet cuſtodia capta.
Nam naturali pòſt libertate recepta,
Vtque oculos fugêre tuos hæc, difficile vt ſit
Poſſe capi, iam non tua ſunt, quíq; occupat illa,
Illa ſibi acquirit. Fera comprendatur oportet,
Vt tua ſit, nec ſat fuerit, quòd vulnere lato
Perſequeris. nam multa ſolent contingere, ne tu
Pòſt capias. Fera apum natura eſt. nec priùs ipſas
Crede tuas, quãuis propria tibi in arbore ſidant,
Inque tuo degant fundo, quàm incluſeris alueo.
Eximere ergo fauos cuiuis licet, attamen ante
Ingreſſum proprij licitè prohibebis agelli.
Examénque, tua è cella ſi fortè volarit,
Hactenus eſto tuum, dum conſpicis ipſe, potésq;
Vſque ſequi. poſt hoc eius ſit, qui occupat ipſum.

Muta

Mutata Acteon cœpit ferus eſſe figura.
Súntque feræ Iunonis aues, almæque Diones.
Proinde huiuſcemodi quæ conſuetudine abire,
Atque redire ſolent animalia, ſunt tua, donec
Ipſis eſt animus redeundi: at abeſſe putatur
His animus, reditus vbi conſuetudo relicta eſt.
Gallinæ, atque arcem quæ ſeruauere volucres
Tarpeiam, alterius naturæ eſſe inde videntur,
Quòd ſit gallinis alijs, diſcriminis ergo,
Anſeribúsque feri cognomen. Semper vbique
Ergo tuæ ſunt hæ volucres. animóque lucrandi
Quicũq; hæc retinet manſueta animalia, quanuis
Ipſorum tibi ſe adſpectus ſubtraxerit, eſt fur.
Ius etiam gentes ſtatuêre, quòd hoſtis ab hoſte
Quæ capit, efficiat ſua. quin homo liber ab hoſte
Captus, erit ſeruus, donec retinetur ab illo.
Isque poteſtatem domini ſi euaſerit, atque
Ad proprias ierit ſedes, ſua iura reſumit.
Eſſe adprendentis gemmas, paritérque lapillos,
Atque inuenta maris quæcunque in littore, iure
Naturæ in promptu eſt. Ea iure adquiris eodem,
Quæ ſunt nata tuis animalibus. Illuuiéque,
Quæ ſenſim irreptans ſenſus eludit, agello
Quod proprio adijcient, proprium tibi flumina reddent.
At fundi alterius ſi pars à fluminis ira

Agro

Agro adpulſa tuo fuerit, tua non erit antè,
Hæſerit ipſa tuo multo quàm tempore fundo.
Et ſimul inuectæ plantæ radicibus imis.
Inſula nata mari (quod rarò contigit) antè
Cùm ſit nullius, pòſt eius, qui occupat, eſto.
Inſula ſed fluuio (quod ſæpe obuênit) oborta,
In media fuerit fluuij ſi parte locata,
Sit communis eis, qui proxima prædia ripæ
Parte ab vtraq; tenẽt, frõsq; inſpiciatur agrorũ,
Próque ſui fundi menſura quiſque capeſſat.
Proximiórque vni ſi fortè eſt inſula parti,
Proximiori eius partis datur inſula fundo.
At ſi ſe findens, infrà coit amnis in vnum,
Qui circumfluitur, velut inſula, fundus eidem,
Cuius erat, remanet: verùm alueus inde relictus
A fluuio prorſus vicino adcréſcit agello,
Próque modo frontis, quæ ripæ inſiſtit vtrique.
At nouus, vt flumen, fit publicus alueus. hícque
Deſertus fluuio ripas lambente priores,
Vicinis fundis, dominísque accedet eorum.
Quòd ſi totus aquis ager exundauerit, ipſum,
Cùm fundi ſpecies non commutetur, eiſdem
Reſtituit, quorum fuerat priùs, vnda recedens.
Materies ſi aliena nouam ſpeciem capit abs te,
Hanc inter Proculum medij nos, atq; Sabinum,
Dicimus eſſe tuam, ſi non valet arte reduci

Ad primam res materiam, ſed ſi rudis, antè
Qualis erat, reddi poterit, decernimus illi
Rem, qui materiæ dominus fuit antè, manere.
Quòd ſi materies fuerit partim tua, partim
Alterius, ſpecies tua, quam conflaueris, eſto.
Aſt aliena tuæ ſi intexta eſt purpura veſti,
Abs te, ſit quanuis pretioſior altera, veſti
Attamen accedet. nihilo minùs actio furti
Competet huic, dominus ſubtractæ, qui fuit à te.
Nam res extinctas haud vendicat vllus ab illo
Quamuis cõdicat, malè qui occupat. Ergo duorũ
Materiæ amborum conſenſu corpus in vnum
Confuſæ commune dabunt id corpus vtrique.
Iuris idem puto, ſi caſu confuſio facta eſt.
Nec refert fuerint, vnius, ſiue duorum
Materiæ generum. Formarum facta duarum
Miſtio non aliter geminis communia iura
Reddet heris, quàm ſi dominorũ iuncta voluntas
Amborum fuerit: nam ſi fors, cõſiliúm ve
Alterius tantum miſcet, ſubſtantia miſtis
Vt ſic corporibus fuerit non vlla perempta,
Non fiet tituli communio. vendicat ergo
Frumentum quicũq; ſuum. verum æſtimet ipſum
Quale quidem cuiuſque fuit iudex bonus æquo
Arbitrio. In proprio ſi alienis extruo tignis
Aedes ipſe, ſolo cedent, vt regula dictat,

Aedificata ſolo. Domini ſed tigna prioris
Quanquā ſunt, tamē haud conſtātibus ædibus, ille
Vendicat: ad duplum lege actio panditur ipſi:
Vendicet inde licèt reſolutis iam ædibus, atque
Nondum percepto duplo. Tigna ergo vocamus
Omnem materiam, qua quiſquam conſtruit ædes.
Aedificata meis ſi aliena eſt inſula tignis
A me ipſo, titulum perdo, neq; vendico, quanuis.
Corruerit iam fortè domus, quæ ſi extet, eámq;
Poßideam, dominúsque ſoli petat, atque recuſet
Soluere materiæ pretium, pretiúmq; fabrorum,
Hunc pulſura doli eſt exceptio: ni mala contrà
Sit ſuaſura fides. Alieno conſita fundo
Arbor, erit fundi domini radicibus actis.
Si commune ſolum eſt, fiet communis & ipſa:
Quæ, ſi radices nondum egit, permanet eius,
Cuius & antè fuit: ſic & frumenta putamus
Ceſſura eſſe ſolo, quo ſunt ſata. quin ſator horum
Talis in expenſis, qualis fuit ædificator
Iam dictus, cenſendus erit. Quin ſint licèt auro
Conſcriptæ chartæ, concedet littera chartis.
Quanquam picturæ concedit picta tabella.
Verum huius pretium domino præbere tabellæ
Picturæ dominum par eſt. illi quoque furti
Ius, ſi ſubripuit pictor, ſiue alter, agendi eſt.
Capta bona quicunq; fide bona poßidet, horum

Iure ſuos faciet fructus. Sed ſi bona non ſit
Iuncta fides, etiam conſumptos reddat, oportet
Cum fundo, domino qui vẽdicat, hactenus autem
Eſſe ſuos fructus is credat, quatenus ipſos
Percepit, qui vſumfructum prætendit agelli.
In pecudum fructu ſunt fœtus, lana, pilusque,
Lac quoque. Sed non ſic ancillæ partus habẽdus,
Omnia nanq; hominum cauſſa natura creatrix
Protulit orbi. Igitur brutorum fœtus eorum
Naturæ fuerit, quorum vſusfructus habetur.
Proprietas, quẽ ancilla parit, ſibi ſeruat herilis.
Ad quẽ vſusfructus gregis attinet, is vice earũ,
Quæ periere, alias pecudes ſubmittere debet.
Hoc etiam in plantis, & vitibus obtinet. vti
Nã bene oportet eũ. Theſauros, quos quis in agro
Inuênit proprio, naturæ congruit æquo
Eſſe ſuos. quin & ſi ſacro, aut relligioſo
Fortè loco. Quòd ſi locus eſt alienus, habebit
Dimidium inuenti is, cui forte id contigit, atque
Dimidium fundi dominus. Facit accipientis
Quæ tradit dominus. quin quæ ſtipẽdia ſupplent,
Quæq; tributa premunt, nullo diſcrimine, cauſſa
Ni deſit dominum, fuerint vbi tradita, mutant
Prædia. Non fiet res, quanuis tradita, ementis,
Ni pretium hic dederit, vel vẽditor ipſe ſecutus
Vſq; fidem emptoris ſit, vel ſat fecerit emptor:

Quidq́d agit dominus, potis eſt mãdare, valétq;
Sic procurator, cui libera lata facultas
Rerum cunctarum eſt, vendit, traditq;: facitque
Accipientis eas. Domini quoque nuda voluntas
Rem facit alterius, quamuis noua nulla ſequatur
Traditio: claues, dum claudant horrea merces,
Emptori dominus tradẽs, merces quoq; trãsfert.
Quin & in incertas domini collata voluntas
Perſonas transfert rem, vt iacta pecunia vulgo
Eius erit, quantam quis ceperit: & magis illæ,
In numero dominus quas nolit habere ſuarum
Rerum, illius erunt, qui has occupat. Iſta volũtas
Eſſe negatur eis, quos nauis cauſſa leuandæ
Neptunique furor cogit. nam iacta reſeruant
Saltem animo. ſic nec quòd curribus excidit, eius
Qui capit eſt. quoniam conſenſus deſit herilis.

¶DE REBVS CORPORALIBUS, *& incorporalibus.*

TITVL. II.

QVædam corporeæ ſunt res, ſine corpore quædam,
Tangẽs corporeas: quæ conſtant iure, nequibis
Tangere, quanquam habeant ſub ſe quoque corpora iura.
Ergo incorporeas inter res iura putamus,

Quæ ſunt vrbanis, & ruris debita fundis.

¶DE SERVITVTIBVS RVſticorum prædiorum.
TIT. III.

Actus, iter, via, aq̃ductus, ſunt debita ruri.
Actus iterq; viæ ſubſunt. Iter inquio, eũdi
Ius hominis. Currus, iumentáq; ducet, & ibit,
Actum ſi quis habet. Proprio ſe nomine prodit
Ductus aquæ. Sunt hæc quoque ruſtica iura, coquendæ
Calcis, arenarúmque ruendarum, pecorisque
Potandi, necnon paſcendi, adpulſus ad vndam.
Aedificata quoque in villis, vrbana vocantur
Prædia: queis quæ hærẽt, sũt iura vrbana vocãda:
Quæ ſunt, vt vicinus onus ſuſtentet alius
Vicini, vt liceat muris immittere tigna,
Inque ſuum capiat flumen, guttásque cadentes
Prædiolum, aut cõtrà, ne proxima lumina lædat.
Ne quicquam hæc illi, cui non ſunt prædia, iura
Conſtitues, ne quicquam etiam promiſeris vlli,
Si fundo ipſe cares: ſiquidem ſunt debita fundis
A fundis iſtæc iura, & dicuntur. Et ipſa
Pactio conſtituet, vel teſtamenta iubebunt.

¶DE VSVFRVCTV.
TIT. IIII.

Eſt vſusfructus ius vtendi, atque fruendi
Rebus aliûs, eis dum ſit ſubſtantia ſalua.
Corpori enim hoc hæret ius, quo pereunte neceſſe eſt
Tolli vſumfructū: quē à proprietate licebit
Diſiungi, & ſtatui pacto, tabulis ve ſupremis
Legando. hîc aptè rebus conſiſtit in illis,
Quas vſus minimè abſumit. Quin cætera poſſunt
Ferre vices vſusfructus, abſumere quanuis
Perfacilè hæc vſus poßit. Sed cautio danda,
Eſt hác in ſpecie, vel tantam reddere ſummam,
Vel capita, aut rebus pretia indita iuſta relictis
Nam, ne proprietas domino ſit ſemper inanis.
Vt finem capiat tandem vſusfructus, oportet.
Ceu ſi mors rapuit, capitis ve minutio cepit
Maxima, vel media, hunc cui debebatur, item ſi
Non rectè vtatur, domino ſi ceſſerit, ædes
Si fuerint igni conſumptæ, corruerint ve.
Nam tunc haud quidquā debetur, & area pleno
Iure redit domino, fructus quoque proprietati.

¶DE VSV ET HABITAtione. TIT. V.

Vtque vſusfructus, ſic nudus & inchoat vſus,
Et finit pariter. Minùs aſt huic iuris inhæret.
Nāq; olera, & flores, ſtramētáq;, pomáq;, fœnū,
Lignáque, quantum vſu poßit ſatis eſſe diurno,
Non

Non vltrà, capiet, cui fundi eſt debitus vſus.
Quo in fundo maneat, dū non tamē ipſe moleſtus
Sit domino, impediat nec ruſtica: ſed neq; cuiquā
Concedet, vendet ve ſuum ius, ſiue locabit.
Aedibus illud idem iuris, quarū qui habet vſum,
Transferet is nulli: quin vix permittitur vllum
Excipere hoſpitio: colat is cum coniuge, prole,
Seruis, ac famulis. Operas ſeruorum habet vſus
Atque miniſterium, quæ nulli cedere fas eſt.
Par iumentorum ratio. Lætamine tantum
Stercoret ille agrū, pecorū ad quē pertinet vſus,
Lacte, agnis, lanáque carens. Habitatio ſi cui
Debetur, plus iuris habet: poteritque locare
Hic alijs ædes, non tantùm degere in illis.
His gentes ſtatuêre modis adquirere poſſe,
Quos dixi. dicam nunc queis ciuilia iura.

¶DE VSVCAPIONIBVS, ET *longi temporis præſcriptionibus.*

TIT. VI.

Ciuili nunc iure bona quicunque recepit
Res quaſcūq; fide, dominū, q tradidit, eſſe,
Quanuis non eſſet, credens. ſi poſſidet apto
Tempore, eas vſucapiet. Si mobilis eſt res,
Tres ſat ſunt anni, ſi verò immobilis, adde
His ſeptem domino præſente. abſentia veri

Viginti expoſcit domini. Sed tempore nullo
Res ſacra, liber homo, ſeruus fugitiuus, item res
Relligioſa vſu capitur. Furtiuaque, vel vi,
Capta bona poſſeſſa fide ſint tempore quanuis
Longo, vt prædictum eſt, dominis niſi reddita, furti,
Et vis purgentur vitio, capere haud potes vſu.
Aſt his ſi careant vitijs, poſſeſsio tranſit.
Resque capi potis eſt vſu, conceſſa ſecundò,
Prima malæ fidei fuerit poſſeſsio quanuis.
Furtum autẽ patitur res mobilis, haud loca fixa.
Ergo non æquè facile eſt, vt mobilis vſu
Res capiatur, vti fundus. Spectantia fiſco
Vt bona ſunt delata, vſu non hæc capit vllus:
Antè poteſt, ſi quãdo vacent. Facti vetat error
Præſcribi iniuſtus. Si iam poſſeſsio longa
Cœpit defuncto prodeſſe, hoc iungitur ipſi,
Huic qui ſucceſsit, quanuis rem norit aliûs
Eſſe. at principium ſi iuſtum non ſit, inanis
Eſt ſucceſſoris poſſeſsio quamlibet æqui.
Venditor emptori ſua præſtat tempora, & ipſa
Iunguntur. Si res alienas vendidit vllis
Fiſcus, ſecuros emptores eſſe iubemus,
Quattuor vſque annos fiſco ſubeunte periclum.
Iuris idem in re, quam Princeps Auguſtáque tradunt.

¶De

¶DE DONATIONIBVS. TIT. VII.

Est acquirendi titulus donatio. eámque
Aut inter viuos, aut mortis dicito cauſa.
Hæc par legatis fermè. irreuocabilis illa eſt.
Si non cauſa ſubeſt, firmat quam pactio nuda.
Inſinuanda tamen, ſolidos ſi exceſſerit auri
Quingentos: Sic res donatas tradere oportet.
Ob quoque coniugium fiet donatio, robur
Non aliter ſumptura, niſi connubia conſtent,
Antè quidem fiat, vel pòſt licèt. ergo decenter
Mutamus nomen, quo rebus congruat ipſis.
Si dominus ſeruum communem liberat alter,
Sit rata libertas: ſociòque iniuria nulla
Vt fiat, pretium partis pendatur herilis.

¶QVIBVS ALIENARE LIcet, vel non. TIT. VIII.

Res alienari domino quandóque volente
Iura vetãt. nam vir dotalia prædia, quãuis
Coniugis adcedat conſenſus, non facit eius,
Cui vendit. Contrà qui non dominatur iiſdem,
Vtiliter vendet. ceu pignora creditor æris
Seruata forma, quæ noſtra eſt tradita lege.
Inueſtisque, niſi tutore autore, nequibit
Rem facere alterius, ſic ergo pecunia perſtat

C v Huic

Huic, à quo fuerit data mutua, vẽdicat atq; hæc,
Si extat adhuc: aliâs condicet, ni bona deſit
Fortè fides huic, qui nummos conſumpſerit illos,
Nanque vt is exhibeat, poterit compellere iure.
At contrà poteris pupillo res dare quaſuis,
Quanuis non adſit tutor. Sed debitor illi
Sic ſoluens non te abſoluis. Locupletior autem
Impubes hinc ſi fuerit, dolus obſtat eidem,
Si petat hic. quòd ſi malè perdidit inde ſolutum
Inueſtis, non inde minus tu, quàm antè teneris.
Si præmiſſa quidem ſententia iudicis æqui,
Tutorque exolui iubeant, benè ſolueris ipſe.
Debita inutiliter pupillus cuncta rependet,
Ni autor adeſt tutor: quã rẽ haud facit adcipiẽtis.

¶PER QVAS PERSONAS *nobis adquiritur.* TIT. IX.

NOn tantũ per vos vobis adquirere ius eſt,
At per eos etiam, cohibet quos veſtra po-
teſtas:
Quin ſi vſusfructus ſerui ſit veſter, item ſi
Liber homo vobis ignaris ſeruit, vterque
Adquiret vobis. Ergo quodcunque paternis
Ex rebus quærit proles, decet eſſe parentis.
Sed quæ proueniunt aliunde, horum patris eſto
Tantùm vſusfructus. Natis caſtrenſe, quaſique
Caſtrenſe adquiri, non patri, iure patebat.

At

Et natum ſi quando parens emancipat, eſto
Patri vſusfructus rerum pro parte virili:
Proprietas nato ſit rerum ſalua ſuarum.
Seruus item vobis parit ignorantibus: & res
Transfertur per eum, rerum & poſſeßio vobis:
Sic & legatum. Sed ſcriptus ſi fuit hæres
Is, bona inutiliter, ſi non iubeatis, adibit.
Quòd ſi vſusfructus ſerui mihi competit, huius
Ex operis, è reque mea quod quæritur, ipſum
Eſt mihi: at ex alijs quod cauſsis obtigit, illi
Cuius proprietas eſt, quæritur, adijcitúrque.
Iuris idem fuerit, ſi quis poſſeſſus aliûs
Vel ſeruus, vel liber homo ſit, dum ſit in ipſo
Poſſeſſore fides bona, nam è re quod venit huius,
Illorúm ve operis, totum hoc poſſeſſor habebit.
Et procurator nobis adquirere noſter
Quãquã ignoramus, valet: haud extraneus alter:
Atque per illum ad nos poſſeßio tranſit, herósq;
Nos faciet, dominus ſi ſit, qui tradidit illi:
Si non ſit, paritur præſcriptio tempore nobis.
Singula ſat docui conquirere: cuncta docebo.

¶DE TESTAMENTIS ORdinandis. TIT. X.

TEſtamentum aiunt, quaſi ſit teſtatio mẽtis.
Eſtque duplex. Siquidem hoc in ſcriptis dicitur eſſe,

Et

Et ſine ſcripto illud, cui factum à nuncupo nomē.
Quod ſcripto conſtat, membranæ, aut charta, tabellǽ ve
Excipient ſeptem ſubſcriptæ teſtibus, horum
Adpoſitis ſignis. Sed primùm, nomen oportet
Hæredis teſtatorem ſcripſiſſe, vel illud
Teſtes ſcripſiſſe. In ſignis, an teſtibus ipſa
Propria ſint, nil refert: omnibus anulus vnus
Eſt ſatis. At ſi quis, ſibi quæ ſit mente voluntas
Nuncupat ante aptos teſtes totidem, atque rogatos,
Hæc teſtamenti ſpecies erit altera ab illa.
Cui teſtamenti ſit factio, teſtis habendus
Vtilis eſt. Seruus, mulier, furioſus, & amens,
Impubes, ſurdus, mutus, reprobúsque, bonísque
Eſt cui interdictum, teſtes cenſentur inepti.
Sed teſtamenti faciendi tempore liber
Creditus, is quanuis emerſerit inde, fuiſſe
Seruus, nil refert. quin ſat teſtata valebunt.
Si pater eſt hæres, vel ſi eſt teſtator, ineptus
Teſtis erit natus, ſic contrà. Quin neque frater
Hæredi ſcripto fratri ſit teſtis. At eſto
Qui vel capturus legatum eſt inde, vel is, quem
In re ſubſtituit quadam teſtator. Idem vnum
Codicibus teſtamentum conſcribere multis,
Si vis ipſe, potes, ſuadente hoc fortè periclo.

¶DE MILITARI TESTAmento. TIT. XI.

TEſtando miles cuncta hæc ſeruare neceſſe
Non habet accinctus. verùm ſuprema voluntas
Quocunque eſt expreſſa modo,modò conſtet,habenda
Eſt rata,nec numerũ,chartas,aut ſigna requiro.
Verùm militiæ miles cùm non vacat,vti
Communi debet iure,& caſtrenſia quanuis
Sit ſub iure patris,cupiens diſponere,teſtans
Seruet quæ titulus ſolemnia proximus optat:
Quæ,cùm militiæ degunt caſtrisque,relaxo.
Hicq; vbi factum,infra ſi non deceſſerit annum
Quàm fuit emiſſus miles,non vtile abibit
Id teſtamentum.Sed ſcriptus qui fuit hæres,
Quãquam conditio poſt cõpletum extitit annum
Eſto hæres,miles fuerit dum mortuus infrà.
Si teſtamentum,quod fecit inutile primum
Accinctus poſt hæc miles confirmet,& optet
Id validum,ipſius dum ſit manifeſta voluntas
Hæc noua,ſeruetur,quanuis capite ipſe minutus
Pòſt fuerit.Patris cohibet quemcunq; poteſtas,
Quæ quaſi caſtrenſis bona ſunt reputata peculi,
Diſponet,iure is communi vtatur,oportet.
Surdus item,& cæcus miles teſtatur,vt aptus.

¶QVI

¶QVIBVS NON EST PERmiſſum facere teſtamentum. TIT. XII.

PRæter quos dixi, quicunque eſt iuris aliûs
Ne teſtamentum, vel permittente parente,
Conficito, nam quod tunc fecit, inane futurũ eſt,
Sit quanuis poſt hæc patris reſoluta poteſtas.
Iudicio ſano, & perfecto conſtet, oportet,
Cùm quis teſtatur. Quare furioſus, & amens,
Impubésq;, licèt mens inde, & venerit ætas,
Vtiliter minimè teſtantur. Sed furor olim
Poſt teſtamentum rectè & ſolemniter actum
Succedens, illud non lædit, nec bene geſta.
Cuique miniſterio rerum fuit antè ſuarum
Rectè interdictum, iure inteſtabilis eſto.
Mutus itẽ, & ſurdus. verùm ſurdaſter, et is, qui
Difficilè eloquitur, teſtabitur. At niſi cæcus,
Quæ priuata monet lex, ſeruet, inutile condet
Teſtamẽtum. Illud, quod captus ab hoſtibus antê
Teſtatus fuerit, valeat: ſit inutile, quod pòſt.

¶DE EXHÆREDATIONE Liberorum. TIT. XIII.

QVos patrio ſub iure tenet teſtator, oportet,
Nominet hæredes, exhæredés ve: nec vllũ
Diſcrimen faciat ſexus. quin poſthumus æquo
Cenſen

Cenſendus iure eſt. nec ad hoc refert, ſua proles
An ſit adhuc cũ parca illũ ferit vltima, an extra
Miſſa manum patris. Quid iuris adoptio præſtet,
Dixi alibi. Mater natum ſi præterit, illum
Exhæredatum puto. ſic ſi præterit vllum
Accinctus miles, modò non ſe ignoret habere,
Proxima iuſſa niſi ſeruentur, inutile dicam
Teſtamentum, & ſi ſolemnia cætera claudat.

DE HAEREDIBVS INſtituendis. TIT. XIIII.

Liber homo, ſeruúsq; alienus, vel meus, hæres
Eſſe mihi potis eſt, ſed qui mihi ſeruit, vt hæres
Et liber, quanuis hoc non expreſſero, fiet.
Aſt heræ adulterio neutrũ maculatus habebit,
Donec eum abſoluat ſententia, reſpice cuius
Proprietas ſerui eſt, non vſusfructus, vt ille
Cuius ſit noris. vernam, quem ſcripſeris, vlli
Si vendas, illi haud libertas competet inde.
Alterius ſeruus, dominus niſi iuſſerit, hæres
Scriptus inutiliter cenſetur. Sed bona adibit
Vel non, arbitrio proprio, ſi poſt data ſeruo eſt
Libertas. At ſeruus heri, quẽ mors tulit, aut quẽ
Seruat adhuc vterus, nihilo diſtabit ab illo
Cui viuit dominus. Multorum ſeruus, eiſdem,
Quorum iuſſu adijt, quærit bona partibus æquis.

Vnum

Vnum hominẽ & plures hæredes, quótq; lubebit,
Scribere iure licet. nã in quotlibet et bona parteis
Diuidimus, quanuis aſſem biſſena replere
Vncia ſæpe ſolet. Sed nomina partibus aſsis
Indita ſunt, ſexcunx, ſextãs, quadránsq;, triénsq;
Et quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, deniq; dodrans,
Dextans, atq; deunx. Quòd ſi in ſemiſſe iuberis
Eſſe hæres, totum hic ſemis complectitur aſſem.
Nanque, niſi miles, partim inteſtatus obire,
Partim teſtatus iure haud permittitur vllus.
Pluribus in ſcriptis hæredibus, omnibus æquæ
Debentur partes, ſi non expreſsio facta
Diuerſa eſt ſcriptis ſex, adſignatio quinque
Facta eſt, id totum ſextus, quod reſtat, habebit.
Si plures ſine parte vocat teſtator, eandem
In partem pariter concurrere credimus omnes.
At ſi iam totum teſtans expleuerit aſſem,
Illis dimidium, quibus adſignatio facta
Eſt expreſſa, alijs, quorum ſine nomine partes,
Dimidiũ dabitur. Quin ſi eſt tantũ vnus, habebit
Hoc ipſum, nullo facto diſcrimine, primus,
Vltimus, an medius fuerit conſcriptus. At vna
Vncia ſi ſupereſt, careat cùm nemo vocatus
Parte, hanc hæredes æquis ex partibus omnes
Accipient. Contrà, quarta ſi ex parte vocentur
Quinque, perinde putes, ac ſi pars quinta cuique

Adſign

Adſignata eſſet. Si in plures ſint bona parteis
Vltra & biſſenas diuiſa, dupondius eſto.
Tunc qui parte carent expreſſa, ijs detur oportet
Aequè, quod deſit. pariterque tripondius iſti
Succedet, quarum ius ſat proportio monſtrat
Aſsis. ad hãc etenim reuocãtur. Scribitur hæres
Si ad tempus certum, certó ve ex tẽpore, fruſtra
Adiectum eſt tempus. quanuis adiectio fruſtra
Conditionis in hoc non fiat, ſit niſi talis
Conditio, expleri vt nequeat. nanq; iſta perinde
Iuſsibus eſt, ac ſi non eſſet ſcripta, ſupremis.
Conditionum autem iunctarum euentus oportet
Contingat, ſi coniunctim teſtator eaſdem
Exigit inſtituens. quòd ſi hoc, aut poſtulet illud
Ipſe euenturum, ſatis eſt ſi impletur eorum
Alterutrum. Ignotum penitus ſi ſcripſerit vllus
Hæredem, teneat: nihil ignorantia lædat.

¶DE VVLGARI SVBSTI-tutione. TIT. XV.

INſtituẽdo gradus potis eſt quis ponere plureis
Hæredum. exemplũ. Si Caius non erit hæres,
Eſto hæres Titius, quòd ſi non hic erit, Aulus
Eſto, & dein' quantum libeat, ſeruúmq; iubebit
Poſtremo hæredem fore, cui parere neceſſe eſt.
Subſtituíque loco plures vniûs, & vnus

Multorum, atque vni ſolus, pariterq; viciſſim
Hæredes poſſunt, quot teſtans ſcripſerit. At ſi
Partibus hæredes quiſquam conſcripſit iniquis,
Subſtituénsque nihil meminit de partibus, illas,
Quas ſuprà inſtituens expreſſerit eſſe putato.
Subſtituit Caio Titium, qui ſcripſerat ambos
Hæredes, Titióque Aulum, ſed neuter adiuit
Hæredum, poterit partem capere Aulus vtrãq;
Hac ſpecie. Hæredẽ ſeruũ qui ſcripſit eũ, quem
Credidit eſſe ſui iuris, ſeruóque Ferocem
Subſtituit, ſi ab hero ſeruus deín iuſſus adibit,
Altera pars tamen hîc veniet tribuẽda Feroci.

¶DE PVPILLARI SVBſtitutione. TIT. XVI.

NI patria ſint miſſa manu ſua pignora, rectè
Subſtituet pater his non tantùm, vt diximus antè,
Quin etiam ſi ſic dicat: Mihi filius eſto
Hæres, at ſi non erit hæres filius, aut ſi
Ipſe hæres factus de vita exceſſerit antè,
Quàm pubes fuerit, tunc hæres Iulius eſto.
Nam ſi haud extiterit ſpecie iſta filius hæres,
Tunc teſtatori ſuccedet Iulius: at ſi
Hæredem factam prolem fera parca peremit
Pubem præueniens, erit huius Iulius hæres.

Huius ad exemplum natis dementibus, annos
Qui pubertatis ſuperarint, poſſe parentes
Proſpicere, inductum noſtra eſt à lege, nec antè
Expirat patris hæc prouiſio, reddita ſanæ
Quàm fuerint menti teſtantis pignora. Quódque
Prouidet hic genitor poſt nati funus, id ima
Parte inſtrumenti ſeiunctũ occludito, mandans
Parte priore, latens reliquum, niſi morte ſecuta,
Ne liceat reſerare, timet ſi forſan alumno.
At nihilo ſecius valeat ſecreta paténsque
Aequè ſcriptura hæc. Potis eſt ſic proſpicere illi
Quem non inſtituit genitor, quæſitáque nato
Vndique percipiet, quem ſic teſtator alumno
Subſtituit. Quin & iam nato poſthumus iſta
Aequatur ſpecie. Pars autem eſt, atque ſequela
Hæc teſtamenti patrij prouiſio, quamuis
Dicatur nati teſtamentum, haud valet ergo,
Ni patris valeant tabulæ. Sed & omnibus, atq;
Proſpicere ipſe poteſt tantum vni, qui vltimus ante
Pubem decedat de vita. Subſtituētque
Si volet, his verbis ſpecialibus, Actius hæres
Eſto, aut, ſi libeat potiùs, generaliter, hæres
Quiſquis erit, dicēs, per quæ tunc verba vocãtur,
Quos ipſe inſtituit, qui tum pro parte capeſſent
Quæ inſtituendo fuit diſtincta cuilibet. At qui

Fœmina biſſenos poſtquàm ſuperauerit annos,
Poſt totidem verò atq; duos mas reddet inanem
Eius ſpem, quem ſubſtitui ſic contigit. Ergo
Non ſic ſubſtituas, niſi ſit tibi filius hæres,
Nec pubertatis ſi iam peruenit ad annos,
Nam tantùm hos poſſunt fideicõmiſſa grauare.

¶QVIBVS MODIS TESTAmenta infirmentur. TIT. XVII.

Legitimè factum teſtamentum, valet vſque
Dum rũpatur. & hoc fit teſtatore in eodem
Conſiſtente ſtatu vitiantur quando tabellæ:
Vt quia adoptatus fuerit, qui iuris aliûs,
Aut proprij: nam ſic teſtato agnaſcitur hæres.
At verò primæ perfectis iure ſecundis
Rumpentur tabulæ: nec refert, ſi extitit hæres,
Siue minùs, tantum valeat dum exiſtere caſu
Ipſe aliquo. Ex certis quem rebus tu inſtituiſti
Poſtremis tabulis, vbi verba inſerta valere
Præcipiunt primas, tantum res ille tenebit
Expreſſas, quarta aut ſuppleta parte bonorum,
Cætera reſtituet huic, quem iuſſere priores
Hæredem. Hiſce modis nos teſtamenta vocamus
Rupta: ſed irrita tunc, teſtantes quando minuti
Sunt capite. hæc quanquam poſſunt quoque rupta vocari,

Et

Et quæ à principio nequeunt conſiſtere iure,
Irrita ſunt. verùm propria adpellatio nobis
Viſa eſt commodior, cùm ſit diſtinctio rerum.
Irrita dicta ſuprà, pòſt à prætore reſument
Vires, libertas ſi teſtatoribus, aut vrbs
Reddita pòſt fuerit, vel ceſſet adoptio. Nullum
Eſt teſtamentum, cui deeſt perfectio lege
Exquiſita. nec hoc, aut talis quæque voluntas
Poſterior tabulas potis eſt abolere priores.
Quin non accipiet princeps, ſi ſcribitur hæres
Ob litis cauſſam, vel ſi perfectio deſit,
Aut abſit tabulis, nam quanuis lege ſolutus
Sit princeps, ſe lege tamen moderatur & ipſe.

¶DE INOFFICIOSO TEſtamento. TIT. XVIII.

NI iuſtæ adiecta eſt exhæredatio cauſſæ,
Non ex officio pietatis facta, putentur
Teſtamenta, quibus natos iuſſere parentes
Eſſe exhæredes, vel prætериere ſilendo.
Ergo ea propoſita valet expugnare querela
Omnis natura ſoboles, vel lege creata,
Poſthuma ſit quanuis. Alio ſed iure vocante
Ad bona, ceſſabit præſens. quin parte relicta
Legitimæ tantùm ſupplendæ ius reliquum eſto.
Iuris idem cenſe concernere vtrunq; parentem

Natorum in tabulas. Fratri licet atque ſorori
Hoc ipſum, turpis conſcriptus ſi fuit hæres.
Si pro pupillo tutor legata recepit,
Iure tamen queritur ſibi nil liquiſſe parentem
Nomine agens proprio. Sic nec tẽtaſſe querelam
Alterius vice obeſt, ſibi pòſt legata petenti.

¶DE HAEREDVM QVALITATE & differentia. TIT. XIX.

A Proprio ſeruus domino ſi ſcribitur hæres,
Hæredem eſſe ipſum, nolit ve velit ve, neceſſe eſt:
Vnde & nomen habet. verùm hoc pẽſabitur illo,
Quòd, quæ poſt mortem quæſiuerit ipſe patroni,
Salua habet, exactor licèt improbus vrgeat, atq;
Sint maiora bonis teſtati debita. Nati,
Quos mortis nemo præcedit tempore, iuris
Si fuerint morientis, habent æquè eſſe neceſſum
Hæredes, tabulis biſſex cogentibus olim,
Seu teſtamentum iubeat, ſeu deſit hoc ipſum.
Híque ſui pariter dicuntur, quòd ſua fermè,
Quæ fuerant nondum defuncto patre, capeſſant.
His ſed vt abſtineãt, prætor quoq; cõtulit æquus,
Si metuant maiora bonis, ſua damna parentis.
Qui teſtatoris mortis per tempora iuri
Subiectus non eſt, ipſe eſt extraneus hæres.
Atq; vt verè aptus cũ ſcribitur, hic ſit oportet,

Et cùm teſtator moritur, cùm tempus adire eſt,
Cum quo ſi medio fors tempore factio non ſit
Teſtamenti, oberit nihil hoc. Sed factio cuius
Eſt teſtamenti, ſi vel facere ipſe potens eſt,
Aut facto eſſe hæres, alij' ve acquirere ab illo.
Liberum adire datur vel non, ſi extraneus hæres
Deſcriptus fuerit quiſquam. deliberet ergo
Dum licet, acceptans etenim ſemel, inde recuſat
Fruſtra hæres omnis, ſi non minor ipſe, vel vſus
Lege fuit noſtra tantum tollente periclum.
Hũc ſed adire puta, quiſquis pro hærede gerit ſe
Defuncti bona cõtractans, vẽdẽns ve, locáns ve,
Eſſe vel hæredem ſigno ſe oſtenderit vllo,
Dum tamen is norit cuius bona ſuſcipit, illum
Teſtatum, vel non, ſéque hæredem eſſe. Volũtas
Nuda quoq; hæredem qui nolit ſe eſſe repellit.
Vtiliter pro hærede gerit, quærítq; ſibi omnis
Mutus, itẽ et ſurdus, quod agit, ſi intelligat aptè.

¶ DE LEGATIS. TIT. XX.

SIngula ſint legata licèt, tamen incidit horum
Aptè hic tractatus, tabulis plerúnque quòd inſunt.
Legatum donũ eſt quoddam à moriẽte relictum,
Hæres quod præſtet. Nam cui legata fuit res
Perſonalis in hæredem datur actio, & in rem,

Quāquam hypotheca etiā ius huic cōcedit agēdi.
Quicquid enim fideicommiſsis conuenit, æquè
Legatis dedimus, ſic contrà. Hæc ergo valebunt,
Si teſtatoris res hæredis ve relictæ,
Aut alienæ ſint. nam res præſtare redemptas
Cogitur hac hæres ſpecie, ſed ſi neget illi
Vendere res harum dominus, pro rebus earum
Succedet pretium. Legantis res ſi hypothecæ
Alterius ſuberit, luat hæres debita. Contrà
Ni iuſsit moriens, vel eum rem fortè latebat
Eſſe alienam. etenim tunc legatarius illam
Rem non eſſe ſuam non ignoraſſe probabit
Legantem, ſiquidē quicunq; agit, vt probet ipſe,
Perpetuum eſt. Legata rei, quæ reſpuit omnem
Contractum, nihili ſunt. Legatarius illud
Adquirens nullo pretio, à legante relictum
Quod fuit, hæredem ſoluit. quòd ſi emerit, hæres
Debebit quanti valet, vt contingat eodem
Iure cauſſa lucri duplex nulli. Ergo duobus
Si teſtamentis res vna relicta ſit vni,
Alterque huic pretium legati ſoluerit hæres,
Ad rem præſtandam cogi nihilominus alter
Pòſt poterit. Non ſic ſi rem iam acceperit ille.
Legetur res, quæ eſſe queat, nōdum ipſa licèt ſit.
Si teſtator idem legauit fortè duobus,
Id quod contingit, ſi aut iungit copula verba,

Aut

Aut res diſiunctis verbis expreſſa ſit vna,
Scinditur inter eos illud, niſi deſicit alter,
Dum viuit teſtator adhuc, ni ve inde recuſet,
Nam tum qui ſuperat, totum acceptare licebit.
Si cui fundus erat legatus aliûs, ementi
Proprietas poſt hæc ceſſit, nihilóque rèpenſo
Vſusfructus, ei fundum petere inde licebit.
Aſt ex officio iudex deducere debet
Ipſum vſumfructum, quanti reliquũ æſtimet, illi
Concedens. Sua ſi cui eſt res legata, licet pòſt
Diſtrahat hanc, fruſtra pretium rémve inde repoſcet.
Nãq; quod vlliûs propriũ eſt, nequit amplius eius
Id fieri. Legans proprium, quod credit aliûs,
Vtiliter legat, nam cedit opinio vero,
Ipſiûs quanuis, cui legat, is eſſe putarit,
Effectũ quia habere poteſt, quod ſenſit. Eandem
Si quis vendiderit rem, quam legauerat, omnem,
Dimidiám ve, adimẽdi animo ni hoc egerit, omnis
Res cui legata eſt debebitur. Aſt hypothecam
Si ſuper induxit legato is pòſt, luet hæres.
Liberat vtiliter legans ſua nomina, & ipſis
Inducias legare poteſt. Sed debitor illi
Non ita, ni ſuperent legatum debita re, vel
Tempore, vel cauſa, vel conditione remota.
Vxori quod legatum à teſtante marito:

Vtile erit, quanuis fuerit dos nulla recepta,
Dumtamen expreſsit certum, legando. Periclo
Res perit hæredis, facto ſi contigit huius,
Quanquam ignorantis, quòd legatarius illam
Non habeat. Contrà, ſine facto ſi accidit eius.
Legata ancilla cum natis, hæc licèt inde
Mortua ſit, cedet legato partus. at æqua
Huic non cenſenda eſt brutorum acceſsio fœtus,
Alteriúsve rei, quòd haberi ſi nequit ipſum
Præcipuum, haud etiam danda acceſſoria credas.
Si grex omnis ouem rediјt legatus ad vnam,
Ipſa peti poterit. Sic aucto pòſt grege, cedent
Legato pecudes. Et idem quoq; in ædibus auctis,
Poſtquàm legatæ fuerint, & credere par eſt.
Aſt hæc legati cenſemus iura peculi
Vt legatari damnóque lucróque redundet,
Quod, dum teſtator viuit, vel deperit inde,
Aut accedit ei. verùm eius morte ſecuta
Antè hæres quàm adeat, ſi à ſeruo quid fuit auctum,
Ipſum habeat demum tunc legatarius augmen,
Si ſeruus fuerit cui legatum id fuit, ipſe,
Atq; manumiſſus. Siquidem cùm venerit hæres,
Tunc huiuſce dies legati cedit. at alter
Si fuerit, contrà eſt, niſi de re fortè profectum
Eſt incrementum legata. Porrò peculi

Factum

Factum legatum ſeruo ne credito prorſus
Eſſe manumiſſo, ſi non expreſſerit ipſum
Teſtator dominus, ſecùs autem dicimus eſſe
Si viuum miſiſſe manu contingat, ademptum
Non etenim reputo, ni expreſsè ſic fuit actum.
At puto legatum, cùm iuſſus liber is eſſe
Pòſt, quàm reddiderit rationes, & reliquũ omne
Intulerit. Sed non legata eſt actio ſeruo
Ipſo hoc legato, domino qua impenſa repoſcat.
Non modò legari poſſunt, quæ corpore conſtant,
Verùm iura etiam: quin facta, atq; actio. Si res
Legata in genere eſt, tunc legatarius optet.
Quòd ſi hic antè obijt, quã optauerit, optio cedet
Huiuſce hæredi, ſed ſi diſcordia forſan
Cum poſſunt plures optare, ſit orta, fauori
Standum erit hîc ſortis dirimentis. Factio verò
Sit teſtamenti, cui res legatur, oportet.
Incertis quondam fideicommiſſa relicta
Perſonis minimè, aut legata valere, putatum,
Aut libertates, niſi demonſtratio certas
Certa facit. Sed non repeti illa errore ſoluta
Ius erat. illi & qui nondum fuit editus, is eſt
Poſthumus, alterius ſi ſit ſub iure futurus
Ortus, inutiliter legabatur, licèt ipſis
Ex natis genitus fuerit legantis. at iſta
Correcta à nobis poſita ſunt lege, niſi quòd
Incerti

Incerti nihil in ſcripto tutore ſubeſſe
Sanximus. Inſtituique alienus poſthumus hæres
Vt poterat, poterit pariter nunc, ni ſit in eius
Ipſe vtero, quæ vxor noſtro iure eſſe vetatur.
Dum de perſona conſtat, nil nominis error
In legando oberit ſiue inſtituendo. Reperta
Signandorũ hominum cauſa ſunt nomina, nilque
Refert hos quocunque modo intellexeris, iſti
Adfine eſt, quod non eſt demonſtratio falſa
Legato nocitura, minùs ſed cauſa nocebit
Non vera. At ſecùs eſt, ſi conditionis haberet
Cauſa vicem. Hæredis ſeruo ſit inutile purè
Legatum, quanquàm viuo teſtante reſoluit
Vincla poteſtatis. Sub conditione valebit
Tunc, ſi, quando dies legati cedit, ab huius
Iure abiјt. Contrà, domino legata valebunt,
Huius ſi inſtituas ſeruum, vel purè. quod iſta
In ſpecie eſſe poteſt, vt ſi teſtator obiſſet
Continuò, priùs iſtius de iure recedat,
Is ſeruus quàm adeat. quod ſi non accidit, illa
Tunc euaneſcent, iſto ſi quando iubente
Seruus adit, ne hæres ac legatarius idem
Sit. Legata, priùs ſcriptis hæredibus, olim
Ordine cedebant, nanque ipſi ſunt caput, atque
Fundamentum omnis teſtamenti. modò verò
Principio legare potes, medióve, vel imo,

Et

Et libertatem multò mage, cui fauet vſus.
Legatum hæredis poſt mortem, eiúsve relictum,
Cui fuit, vt fidei, volumus commiſſa, valere,
Quamuis contrà olim viſum. Quin nomine pœnæ
Legatum valeat nunc. transferríque adimíque
Id queat. Excipias impoßibile, atque vetata
Legibus, & quæ aliâs poſſunt probroſa videri.

¶DE ADEMPTIONE LEGATORUM. TIT. XXI.

QVod cui legarit, ſi adimat teſtator eiſdem,
Aut alijs tabulis, queis tot ſolemnia leges
Nō adhibēda putāt, valet hoc: verbísq; quibúsq;
Fiet, quin aptè transfertur vtrislibet harum.
Exemplo eſt. Scio legatam lego Tito rem
Nanq; dari huic, illíq; adimi res ipſa videtur.

¶DE LEGE FALCIDIA. TITVL. XXII.

ESt operæpretium quicunq; inſcribitur hæres
Ex teſtatoris ſibi re ſeruare quadrantem,
Vt quod dodrantem legando exceſſerit, illud
Non teneat. Verùm patrimonia tempore mortis
Sunt teſtatoris pendenda, æsq; inde alienum
Impensámque opus eſt deducere funeris antè,
Seruorum & pretiū, queis libertas data. demum
Eius, quod reliquum eſt, hæredi quarta manebit
Pars,

Pars, tres inter eos, queis ſunt legata relicta,
Diſtribuantur ita, vt proportio ſalua cuique
Sit pro legati menſura. Partibus æquis
Dum geminos teſtans hæredes ſcripſerit, huius
Legatis partem ſi exhauriat, in nihilo autem
Prægrauet alterius, propria de parte quadrãtem
Hic capit, aſt illi ſua pars integra manebit.

¶DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus. TIT. XXIII.

HAeredum quondam fideicõmiſſa, rogantis
Teſtatoris erãt bona reſtituẽda quibuſdam
Hæredes ſola vi compellente pudoris,
Quòd præter canæ fidei, lex nulla iubebat.
Nunc autem, quanquam ſeruato nomine primo,
Vincula lex poſuit, nolít ve velit ve, rogatus
Vt iuſſum efficiat teſtantis, parte bonorum
Huius ſeruata ſibi quarta, ni ipſe repellat,
Háncque ex iudicio, aut præter teſtantis habere
Huic licet, ergo omni valet in dodrãte grauamẽ,
Atque in dimidia, vel parte minore, vel in re
Certa aliȷ̃. Inde bona vt iuſſus iã reddidit hæres,
Exigere hic nullũ niſi quarta ex parte valebit,
Exigere & nulli hunc, niſi pro quadrãte, licebit.
Quod reliquũ eſt, dodrãs fuerit cui redditus, ipſe
Et petet & ſoluet pariter, verũ hoc, niſi certas.

Hæres

Hæres iudicio legantis res capit, illæ
Quadrantem magno ſuperent licèt interuallo,
Tunc etenim demum ſcindenda eſt actio, quando
Mētio facta quotæ eſt, partisq;. At ſingula rerū
Detrimenta queunt huius ſentire quadrantis.
Ex certóque die, vel conditione ſub ipſa,
Aequè pura queunt fideicommiſſa valere.
Quòd ſi hæres, cōpulſus adit, quadrante carebit.
Indeque nil damni, non commoda ſentiet vlla,
Cæterum in his eadem ratio de parte putetur
Commiſſa fidei, quod de omni: ſit quoq; idem ius.
Is cui teſtantis iuſſa eſt ſubſtantia reddi,
Rurſum alij vt reddat, valet à teſtāte grauari,
Siue ſua hic iuſſit, ſeu partem fortè bonorum,
Siue aliud quidquam. Solemnia nulla requiro,
Hæredis fidei cùm quis committit, eí ve
Cui quis legarit, quos coget reddere iudex.
Nec iuuat inficias ire, hoc quòd fortè probari
Non quit, ni purget ſe quis iurando, quod ipſe
A moriente nihil tale audijt: huic tamen ille,
Qui repetit, iuramentum ſi detulit aptè.
Iuraritque prior, quòd nulla calumnia ſubſit.

¶DE SINGVLIS REBVS *per fideicommiſſum relictis.* TIT. XXIIII.

Et po

ET poterit fideicommiſſo ſingula quiſque
Linquere, & hæredē, vel cui legauerit illa,
Vt reddat, nectet. nec refert, ſi aut ſua iuſsit
Reſtitui, aut horum, aut alieni quid, modò ne ſit
Maius eo, quod ei liquit teſtando, grauamen.
Quando dari cuiquam res eſt aliena rogata,
Si nequit hæc redimi, quāti eſt præſtetur oportet.
Libertatem etiam fideicommiſſa iubebunt
Alterius ſeruo, ac propriu præſtare rogatum
Hæredem, necnon cui ſunt legata relicta,
Et cuius fideicommiſsum eſt. Alteriúsque
Verna, olim redimendus erit, ſi vendere nolit
Tunc dominus, fuerit ſi quando occaſio. Tali
Libertas cuicunq; modo contingat, habetur
Non teſtatori libertus, quàm libet eſſet
Teſtantis ſeruus, ſed ei qui liberat ipſum.
Qui libertatem rectà à teſtante recepit
Huius libertus, qui orcinus dicitur, eſto,
Sed teſtamēti, & mortis quoq; tempore oportet
Seruum habuiſſe ſuum, directò vt liberet, illum,
Nec roget. hoc etenim verbo, peto, mādo, volóq;
Et fidei còmmitto tuæ, licet, vt libet, vti.
Nanq; horum quouis fideicommiſſa notantur.

¶DE CODICILLIS. TIT. XXV.

Sunt

SVnt aliæ tabulæ paruo his à codice nomen
Legantũ, & fidei cõmittentum vſibus aptæ,
Queis teſtamenti vt non ſunt ſolemnia pleni,
Sic neque in his valet inſtitui, aut reuocarier hæ-
Adponi vel conditio, vel ſubſtitui ipſi (res,
Directè. Iſtarum condas quotcunque libebit.

¶ Libri ſecundi finis.

L. HONORATI DRACONIS ELEMENTORVM IVRIS CIVILIS

LIBER TERTIVS.

¶ DE HÆREDITATIBVS, quæ ab inteſtato deferuntur. TITVL. I.

INteſtatus obit, qui hæredem haud ſcripſerit vllum,
Aut teſtamẽtum ſi fecit, inutile iure
Ipſum eſt, euentúve. Suis hæredibus omnis
Hoc caſu morientis erit ſubſtantia. Nuper
Oſtendi quósnam complectar voce ſuorum,
Hinc nec adoptatus, nec poſthumus excipiatur,
Nec morientis habet quos patria cunq; poteſtas.
Aut habitura fuit, vixiſſet ſi amplius. Horum

E Qui

Qui poſtliminio rediјt poſt funera patris,
Iungetur numero. Quibus ignorantia cunctis
Nulla nocet. Quare fiet furioſus & infans
Ipſo iure hæres. nanque ipſi à morte parentis
Fermè continuant domini ius. Deſinet hæres
Eſſe ſuus, cui iam ſublatum morte parentem
Damnari maieſtatis contingit, & eius
Addici fiſco bona. Sed ſucceſsio patris
In ſtirpes, non in capita inter pignora ſemper
Diuiditur. Morienti igitur ſi filius extet,
Atque ex defuncta iam prima prole nepotes,
Non hi plus omnes, quàm ſolus filius, ex re
Accipient morientis aui. Crede ergo nepotes
Tu patris ſupereſſe loco, pariterque nepotum
Pro vice erit ſoboles, quæcunq; nepotibus extat.
An cuiquam exiſtat ſuus hæres, inſpice quando
Conſtat eum tabulas vel non feciſſe, vel ipſas
Deſtitui. Quem fortè manumiſit pater, hæres
Ciuili haud fit iure ſuus, prætor tamen æquus
Partẽ æquã huic cũ fratre dabit, moriẽte parẽte,
Sub patrio, qui iure fuit. Sed tota bonorum
Huic ipſi ſi fratre caret, poſſeſsio danda eſt.
Cùm ſua adoptari conceſsit pignora cuiquàm
Natura genitor, remanent nunc integra iura
Ipſis, atque manu ſi nunquam miſſa fuiſſent,
Atque ea adoptaſſet vir nullus, ni quòd, adoptãs

St in

Si inteſtatus obit, poterunt ſuccedere eidem:
Sed ſi confectis tabulis moriatur, in illas,
Vel bona nil iuris, niſi quantum iuſſerit ille,
Sũt habitura. Sed hinc illũ excipe, quẽ pater vl-
Naturalis adoptandũ cœpit, quòd vtroq;, (trò
Scilicet & legum, & naturæ iure in eandem
Perſonam iuncto, vt ſeruetur adoptio, iúsque
Iſtius placuit. Correximus ergo vetuſtum
Ius ibi: & ob ſexum diſcrimina priſca nepotum
Suſtulimus, ne ſit ſoboles, quam nata creauit,
Ipſa deterior, genuit quam natus, auitis
Succedendo bonis, proauíque abauíque, ſupráq;
Nanq; his in ſtirpes dabitur pars æqua quibusq;,
Quæ magis à nobis poſita cognoſcito lege.

¶DE LEGITIMA AGNATORUM ſucceßione. TIT. II.

SI decedenti de vita nemo ſuperſtes
Ex his ſit, quos nũc memorauimus ordine pri
Ad bona venturos, ſuccedet proximus illi (mo
Cognatus: capientq; æquas capita omnia parteis,
Si capita extiterint æquè illi, proxima plura,
Non etenim in ſtirpes erit hîc ſucceſsio ſciſſa.
Hicque agnatorum cognatorúmque vetuſtum
Sublatum noſtra diſcrimen lege memento:
Aequè vt ſuccedant non tantùm ſexus vterq;,

E ij Ver

Verum etiam quotquot ſexus produxit vterq;,
Vlteriore gradu modò ne ſint. Non tamen aufert
Defuncti frater patrimonia tota, ſorór ve,
Cui ſuperant alio pariter de fratre nepotes,
Aut de germana ſoboles. hi nanque parentum
Pro vice ſuccedent pariter cum fratre ſororéve.
In ſtirpes. Tunc quis ſit proximus inſpice, quãdo
Is moritur, tabulas qui non confecerit, at ſi
Perfecit tabulas, quando certum eſt, fore nullum
Ex his hæredem, nanque inteſtatus ita hic eſt.
Legitimè & proprio genitor ſuccedet alumno
Antè manumiſſo, fiducia quòd fuit illi
Quando manumiſit cõtracta, vt cenſeo, ſemper.

¶DE SENATVSCONSVLTO Tertulliano, TIT. III.

SI non ex natis proles ſuperextet, eorum
Hæres mater erit cunctis prælata profectò
Legitimis, niſi quòd fratres partem atq; ſorores
Defuncti adcipient pariter, cum matre. vetuſtas
Quãquã aliter voluit, quã noſtra nouiſſima iura.
Ius tamen hoc genitrix perdit, ſi negligat infra
Annum tutores petere ipſa infantibus, hiſce
Quando dati non ſunt, hós ve excuſatio iuſta
Liberat officio, quæſitáque pignora vulgo
Si fuerint, genitrix pariter ſuccedat eiſdem.

¶DE

¶DE SENATVSCONSVLTO Orficiano. TIT. IIII.

HAeredes etiam matrũ ſunt pignora quæq́;
Legitimis cũctis prælata hæredibus, hæcq́;
Legitima & non legitima, ex hæredibus vnus
Si bona vel nolit, nequeat vel adire, manebit
Huius pars alijs adeuntibus omnibus, & ſi
Antè abeãt vita, quã hæc ſit pars agnita ab ipſis,
Competet ipſorum pars hæc hæredibus æquè.

¶DE SVCCESSIONE COgnatorum. TIT. V.

POſt hos, præferri quos diximus, ordine ſaluo
Ad decimum vſque gradum ſucceſsio competit æquè
Cognatis atque agnatis, propiore remotis
Prælato. Eſt autem generale agnatio nomen,
Cui conſanguinei ſubſunt. non ergo vocentur
Tales quæſiti, eſt queis nulla agnatio, vulgo,
Cognatos quos eſſe ſatis ſit. Congruit ergo,
Ex capite hoc illos ſuccedere poſſe putemus.

¶DE GRADIBVS COGNAtionum. TIT. VI.

ERgo, gradu vt noris quo ſit cognatio quæq;,
Scito, quòd quædã tẽdit ſuprà, alteráq; infrà,
Tertiáque à latere eſt. Aſcendentésq; vocamus

Qui genuere, ab eis genitos ſub voce locantes
Deſcendentum, alios dicemus collateraleis,
Linea quos tranſuerſa tenet, ceu recta parentes
Progeniémque igitur fratrum paritérq; ſororum
Καὶ θείων, necnō ſobolis, quæ ex omnibus hiſce eſt,
Linea ſit. primóque gradu caret, orſa ſecundo.
Nam primo ſuprà pater eſt, & filius infrà.
Aſt auus, atq; nepos, fratérq; ſequente locantur.
Tertio ineſt proauus, pronepos, ex fratre creatus
Καὶ θεῖος, patruus, qua voce & auunculus vna
Percipitur. Sic æquè amita & matertera θεῖα
Eſt græcis. In quarto abauus, pronepotéq; natus,
Atque nepos fratris, patruus quoque magnus habetur:
Magnus auunculus, & patrueles, fratribus orti
Scilicet ex geminis. Amitini ex fratre ſororéq;:
Et conſobrini, geminæ hos genuere ſorores.
Quinto atauus, pronepósque nepotis, & omnis ab illis
Filius, in quarto quos diximus eſſe. Ita ſextum
Efficient tritauus, trinepósq;, abpatruus, atque
Quiſquis erit quinto numeratis ordine natus.
Nanq; vltrà generata gradum perſona creabit.
Ergo quoto ſit quæque, magis cognoſcere promptum eſt,
Quàm propriū, quod auet cognatio, dicere nomē.

Hæc fuerit docuiſſe ſatis, ſi expreſſero, dicta
Iſthic de maribus ſexum comprendere vtrunq;,
Adgnatóſque pares cognatis eſſe, memento.
Cæterùm, vt hæc melius menti infigantur, ocellis
Picta arbor, quantũ ſatis eſt, demonſtrat apertè.

¶DE SERVILI COGNATIONE. TIT. VII.

OLim ſeruorum cognatio nulla putata eſt.
Nunc ſeruis genitos, ſi in libertate parẽtes
Decedant, atque hi maneant, hîc iure ſopito
Patroni, hæredes iubeo eſſe parentibus, atque
Alterum in alterius morientis ſubrogo iura:
Non ſecùs, ac natos iam libertate recepta.

¶DE SVCCESSIONE LIBERTORUM. TIT. VIII.

SI ſua liberto morienti pignora deſunt,
Inteſtato hæres priſco ſit iure patronus,
Eque patrono orti, & cognatio proxima quintũ
Vſq; gradum. Si ſint ſua pignora, nulla patronus
In re iura habeat, ni exhæredauerit illa,
Et non ſit tabulas expugnatura querela.
Nam ſi liberti ſolidos exceſſerit auri
Res centum, externum quãuis ſibi ſcripſerit aptè
Hæredem, remanet pars tertia ſalua patrono,
Quam fidei commiſſa nihil, legata ve lædant,

Hæredésque habeant ſcripti præſtare neceſſe.
Libertina igitur ſemper prælata patrono
Eſt ſoboles, ſexu quocunque, gradúque ſuperſtes
Ad quintũ vſq;. Sed & per nos ſuccedet ad iſtũ
Vſq; gradum, qui ex tranſuerſo veniet latere illi.
At ſucceſſores quos præſtat cauſa patroni,
Hos non in ſtirpes, verũ in capita aio vocandos.
Penè equidem libertinos æquauimus ipſis
Ingenuis, & Romana donauimus vrbe,
Sublato, inter eos quod erat, diſcrimine cunctos.

¶DE ADSIGNATIONE LIbertorum. TIT. IX.

AT natos quanuis omnes moriente parente
Proximiore gradu maneant æqualia iura
In bona liberti, tamen hunc cui malit eorum
Adſignare poteſt teſtánsve, loquénsve patronus.
Quod perimet, quibus haud eſt adſignatio facta,
In bona liberti iura omnia, & adferet vni,
Aſt alijs rediuiua tamẽ, dum huic parca recidet
Stamina, ſi ex ipſo ſoboles non vlla ſuperſit.
Adſignando autem ſexus diſcrimina nulla,
Nulla gradus facito, dũ ſint patria integra iura.

¶DE BONORVM POSSESſionibus. TIT. X.

Cum

CVm ſuccedendi fines extenderet æquus
Prætor,& antiquum ius corrigeret,neque poſſet
Dicere quem hæredẽ,nanq; hoc à lege,Senatus
Conſulto,Auguſti aut decreto fiat oportet,
Tum poſſeſſores potuit facere ipſe bonorum,
Vel contra tabulas,vel iuxta,non modò ſi non
Exiſtant ipſe,nam ius quandoque ſecutus
Is fuit antiquum,poſſeſſio prima bonorum
Præteritis natis.Scriptis hæredibus aptè
Altera conceſſa eſt.Alijs hic ordo repoſtus
Nunc(prætorẽ etenim modicũ correximus ipſi)
Quæ inteſtatorũ ſpectant bona.Pignora nempe
Primùm.Legitimi veniant exinde,remota
Tum quæ perſonas bis quinq; vocabat,habenda.
Quinta eſt,cognatis quæ proſpicit.Inde patroni
Quæ gentem,quæ vel ſobolem adpellabat,inani
Facta,nam ingenuis libertinos propè reddi
Succedendo pares nobis placuit modò quintum
Vſq; gradum,ſit ſexta,loco,quæ nono erat antè,
Vnde vir atque vxor:decima quæ ſede vigebat,
Cognatóſque manumiſſoris quæ antè vocabat,
Suſtulimus, reliqua eſt & ſeptima,& vltima, quando
Deficiunt aliæ,adiutus,cùm lege,Senatus
Conſulto,placito vel principis in bona quiſquam

Iure nouo teſtati inteſtatiue vocatur.
Anni ergo ſpatium naturæ legéve natis
Conceſsit prætor, pariterque parentibus æquus.
At ni infra centum cognatus iura capeſſat,
Agnatúsque dies, reliquis adcreſcet (eodem
Si fuerint fortaſſe gradu) pars illius. & ſi
Non fuerint, ex edicto ſucceſſor erit qui
Conſequitur, tanquā in numero nemo prior eſſet.
Expectanda tamen non ſunt hæc tēpora, quando
Iam bona quis repulit. Cētum ſpatiū eſſe dierum
Vtile ſancimus, quos infra quis bona adire
Iure queat, quocunque modo ſe prodiderit mens.

¶DE ADQVISITIONE PER adrogationem. TIT. XI.

INſtar naturæ patris, nunc, qui adrogat, horum
Tantùm vſumfructum, obueniunt quæ extrinſecus illi,
Adquiret, nato domino remanente. Sed ipſi
Succedet morienti: alij ni fortè ſuperſint,
Legitimo patri, quos præfert noſtra recens lex.
Soluere, ſed proprio non eſt cogendus adoptans
Nomine, quæ natus conflarat debita. Verùm
Nomine ſi nati conuentus ſiſtere nolit
Iuri, poſsideat bona, nato integra futura
Quæ fuerant, ni ſe alterius ſub iura dediſſet,

Creditor. hoc etenim iure impetrare licebit.

¶DE EO CVI LIBERTATIS cauſſa bona addicuntur. TIT. XII.

SI libertates directò quis fidei ve
Commiſſo dederit teſtando aliás ve, negétq;
Seſe aditurum hæres, atq; hoc certum ſit, amore
Tunc libertatum ſunt addicienda petenti
Cuiq; bona, vt caueat modò debita ſoluere cũcta
Defuncti. tunc haud patrimonia creditor æris
Poßideat, vendát ve. Sed & fiſcus quoq; cedat,
Nam libertates puto, quàm mea cõmoda, pluris.
Sic cui directò fuit à moriente relicta
Libertas, tum liber erit, bona tanquam adÿſſet,
Hæres, cui fidei commiſſo linquitur, eius
Libertus fiet, cui ſunt addicta bona: atque
Haud has impedient, ſi, qui hæres eſſe recuſat,
Poßit in integrum refici, quin reſtituatur
Quanuis ipſe, datas libertates volo ſaluas,
At ſi fraude datas contendat creditor, ipſum
Audiri placet. Ex noſtra pete cætera lege.

¶DE SVCCESSIONIBVS SVBlatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatuſconſulto Claudiano.

TIT. XIII.

Quæ

QVæ ſucceſsio erat multa antè ambage bonorum
Venditione, abeat. Satis eſto, creditor æris
Si bona poſsideat prætore iubente. Faceſſat
Nunc libris indigna meis, quæ pœna manebat
Matronam, ſerui quæ baccharetur amore,
Vt libertatem, & bona cuncta amitteret olim.

¶DE OBLIGATIONIBVS. TIT. XIIII.

VInclorum iuris, quæ quos ſtrinxere, potẽter
Adſtringũt ad rẽ ſoluẽdam iure Quiritũ,
Ciuili quædam comperta, probatáue iure:
Altera prætoris dicto manantia conſtant.
Súntque ex contractu ſanè vincla omnia iuris,
Aut quaſi contractu, ac ex delicto quoq;, necnon
Ex quaſi delicto. Contractu obſtringitur omnis
Re, verbis, ſcripto, conſenſu, vt deinde patebit.

¶QVIBVS MODIS RE CONtrahitur obligatio. TIT. XV.

COntrahitur vinclum re, ſi quis mutuet vlli.
Mutua res tantùm, numero, quæ aut pondere conſtat,
Menſuráue, dari potis eſt. Sed mutua dicta,
Quòd mea quæ fuerat tua fiat, nanq; ita trado,
Vt dominus fias, appendendo, aut numerando,

Aut

Aut menſurando, nec eandem reddere debes
Quam dedero. vice nanque rei res altera fungi
Eiuſdem poterit, generis ſit dummodo talis.
Actio, quæ hinc oritur, certi condictio dicta eſt.
Si, quod nõ debet, mihi quiſquam ſoluerit errans,
Obligor huic ego re: datur & condictio contra
Me, quaſi mutua res eſſet data, non datur autem
Si pupillus adhuc, indebita qui accipit, eſſet.
Nam neque pupillum obſtringit, qui mutuat ipſi.
At non è contractu vinclum hoc eſſe videtur,
Tollere enim vinclũ eſt ſoluens voluiſſe putãdus.
Obligor illi etiam re, qui mihi commodat, vſum
Nẽpe rei potius, quã rem dãdo, ergo herus huius
Hic perſtat, teneórq; ipſi rem reddere eandem,
Si non ipſa mea perijt ſine fraude dolóve,
Fortuito, vel vi, non præcedente vel vlla
Ex me ipſo culpa, propriè non commodat, vſum
Qui mercede rei, certa concedit. Apud me
Si res depoſta eſt, hanc rem me reddere oportet.
Obligor hinc igitur pariter re, & nomine cogor
Depoſiti præſtare dolum, culpã haud tamen ipſe
Præſto leuem. Accipiens quoque pignus creditor, ob rem
Obſtringetur, & hoc conuẽtus nomine quicquid
Accepit, reddet, non excuſabilis, illud
Si amiſit, niſi fortuito, & ſine fraude dolóque.

¶DE

¶DE VERBORVM OBLIGAtionibus. TIT. XVI.

OBſtringar verbis,ſi,qui me interrogat,an quid
Vel dare,vel facere ipſe velim,reſpōdeo,et illud
Promitto,vnde oritur certi condictio,certa
Si eſt res promiſſa:ex ſtipulatúque actio,certa
Si non eſt.Stipulando olim ſolemnia verba
Quæ fuerant vſu,non eſt adhibere neceſſe.
Et ſat erit quæuis,quanuis diuerſa loquela,
Dummodò promittens intelligat antè rogata,
Et ſtipulans promiſſa,omnis ſtipulatio,pura eſt;
Confeſtímque peti poterit,ſi nulla dies ſit
Conditió ve adiecta,aliâs,niſi tempora lapſa
Conditióque impleta fuat,fruſtra egerit vllus,
Quanuis continuo promittens debitor illo
Effectus fuerit caſu,qui tempore differt
Soluendum.Centum mihi ſpondens annua,donec
Viuam,ſe obſtringit purè mihi perpete vinclo.
Heredē tamen inde meum eſt exceptio agentem
Pulſura.In dubium caſum ſtipulatio vinclum
Conditionalis differt.Si quando daturum
Me tibi promitto centum,ni aſcenderis arcem
In capitolinam,ſponſum me crede perinde
Ac ſi dixiſſem,tunc,cum moriere,daturus
Sum tibi.Debendi ſpem dat promiſsio tantùm
Condi

Conditionalis, quæ ſpes tranſmittitur ipſi
Hæredi, ſi mors ſtipulanti contigit antè,
Conditio quàm extet. Qui promittit dare Romæ,
Lugduni cùm ſit, tempus tacitè inijcit, infrà
Quod Romæ poſsit ſpōdens dare. Quòd ſi hodie ſe
Promiſit dare, quod fieri id non poſsit, habenda
Sponſio inutilis eſt. Ad præſens, præteritúmve
Conditio delata nihil vincire moratur,
Hæc ſi extet, vel ſi non extet, inutilis eſſe.
Nam quod natura certum eſt, nihil impedit, vlli
Incertum quòd ſit. Cùm quid fieri, aut minus, ipſe
Sponderi tibi vis, promiſſori inijce pœnam,
Si contra placitum quid fecerit, aut niſi facto
Promiſſa explerit, certa vt ſint debita, opúſque
Vt non ſit, quanti interſit, tibi deinde probare.

¶DE DVOBVS REIS STIPVlandi, & promittendi. TIT. XVII.

CVm duo diuiſim ſtipulātur, & vnus vtriq;
Promittit ſimul, inde rei duo ſunt ſtipulādi.
Sed promittendi duo, ſi duo dena roganti,
Diuiſim ſpondent eadem. Ergo tenetur vtrique
In ſolidum ille vnus ſtipulanti. huic debet vterq;
Dena. Tamen ſoluendo ſemel, vinclū ruet omne.
Ex promittendi geminis obſtringere purè
Seſe alter poterit, ſub conditione ſed alter,

In' ve diem. Sed qui purè nihil inde morarum
Speret. Quos dixi duo, pluribus eſſe licebit.

¶DE STIPVLATIONE ſeruorum. TIT. XVIII.

Siue tibi ſeruus ſtipuletur, quid fore dandum,
Siue alij cuiquã, domino quærit ſibi factum,
Expreſſè ſtipulando, ſibi tantummodo, nilque
Inde agit vt domino liceat facere. omnibus æquè
Communis ſtipulando parit ſeruus, niſi tantum
Vnius iuſſu, expreſſè ve vni ſtipuletur.
Huic etenim tantùm tunc vni proderit. at ſi
Horum vni nequeat, reliquis adcreuerit huius
Portio. Sæpe vicem domini ſucceſſio ſeruat,
Hæredi vt quærat, ſeruus ſtipulando moranti.

¶DE DIVISIONE STIPVtionum. TIT. XIX.

IVdicis officio veniens ſtipulatio puro,
Iudicialis erit. Prætoris iuſſibus ortas,
A prætore voca. queis connumerentur & illæ,
Quas dant ædiles. Alijs conuentio nomen
Dat. numero quæ penè pares cõtractibus adſunt.
Sunt & communes, quas prætor ſæpe iubebit:
Sæpe etiam iudex, breuitas exempla tacebit.

¶DE INVTILIBVS STIPVlationibus. TIT. XX.

Quæ

QVæ res cõſtituũt patrimonia noſtra, licebit
Inſtipulatũ omnes deducere, nilq; putato
Referre an res fortè ſoli, ſeu mobilis illa
Sit potius. Rem, quæ non extat, quámq; futuram
Natura ipſa negat, fruſtra ſtipulabitur vllus.
Iuris idem fuerit ſacræ, vel relligioſæ,
Quæq́; vſu eſt populo, capitis quoq; ciuis, & eius
Quæ ſua ſit, vel cuius habet commercia nulla.
Ciuem hominem, cum ſeruus erit, ſpondens dare cuiquam,
Atq; huiuſcemodi, vinclũ non contrahit vllum.
Aſt oberit, ſi quam ſtipulari nunc licet, illa
Talis erit poſthac, ſtipulatũ vt reſpuat omnem:
Nam promiſſoris ſine facto ſi euenit iſtud,
Extinctum it prorſus ſtipulatio. Si quis aliûs
Promittat factum, nihil egerit. obligat autem
Se, qui facturum promiſerit; vt daret alter.
Si ſtipulêre alij, cuius ſub iure reuinctus
Non es, inutiliter ſtipulabere, dicere verò
Sic potes vtiliter, ſpondes mihi tu dare centum,
Aut Aulo. ſiquidem ſibi ſe ſic obligat ipſe
Sponſor: verũ Aulo ſoluẽs vinclũ omne reſoluet,
Quanquam te inuito: ſed mandati actio contra
Aulum erit inde tibi. Stipulans tibi dena, tibíq;
Si ſub iure tuo non eſt, tantum ſibi quærit
Quina. Tuo iuri ſubiecto ſi ſtipularis

Adquires tibi. nam tua vox nati ipſa videtur.
Sic contrà quoq; in his, adquiri quæ tibi poſſunt.
Vtilis haud ſatis eſt ſtipulatio, ſi octo roganti
Sex ſpondes, contrà ve. At prorſus inutilis eſto
Si ſpondet purè, ſub conditione rogatus:
Aut contrà: inque diem dare ſi reſpondeat ipſi
Qui præſente dari ſtipulatur. Sic quoque contrà.
Se tamen hæc ita habent, ſi ſit reſponſio dicta
Expreſsè, quòd ſi tantum reſpondeat illi
Promitto, claudi verbo hoc cuncta illa videntur,
Quæ dixit ſtipulãs, nec enim repetiſſe neceſſe eſt
Omnia. Inutiliter pariter ſtipularis ab illo,
Qui ſub iure tuo eſt, pariter quoq; non magis ille
Proficiet ſtipulans abs te ſibi: ſed neque cuiquam
Seſe alij potis eſt adſtringere ſeruus, at ipſe
Filius obſtringi poterit. Stipularier ille
Qui poterit, qui nil exaudit? qui quoque mutus
Promittet? Furioſus aget nihil vtile prorſus.
Pupillus, quanuis alios obſtringere poßit
Ipſe ſibi, tamen haud vlli ſe vinxerit aptè,
Si non autor adeſt tutor, nec is amplius infans
Sit. Patrio impubes ſub iure obſtringere nulli,
Quanquam autore poteſt patre. Si natura re-pugnat
Ne extet conditio ſtipulatu adiecta, erit ipſe
Nullius frugis. Purus ſtipulatus hîc eſto,

Si digito haud cœlum adtigero, ſe obſtringere verbis
Abſentes nequeunt. quòd ſi ſcriptura fuiſſe
Præſentes memoret, credam, ni deinde probetur
Contrà. Ex conſenſu quoniam ſtipulatio robur
Accipit, emendans ius antiquum, aio valere.
Quod ſtipulatoris dictum eſt poſt funera dandũ,
Siue die primo ſponſoris fata ſequente,
Siue die, alterius quem mors incerta ſequetur.
Ex Aſia nauis ſi venerit, octo hodie ſe
Promittens dare, ſit quanuis præpoſterus ordo
Verborum hîc, vinclum ſtipulatus contrahit. Aptè,
Spõdens cùm moriar dare, vel cum Parca recidet
Fila tibi, aut Titio, me obſtrinxero. Si documẽto
Inſcriptum fuerit, quem promiſiſſe, perinde
Hoc habeas, ac ſi reſponderit antè rogatus.
Res quoties plures ſtipulatu congeris vno,
Spondens ſimpliciter, cunctarũ nomine vinclum
Contrahit. aſt vnam, vel quaſdam ſi dare dicat,
Nomine tantũ harũ ſe obſtringit. Cum ſtipulari
Nos alij volumus, ne operam ludamus, oportet
Adponi pœnam, nanque hæc committitur ipſi
Ni ſponſor dederit ſtipulatum. Sed valet abſque
Pœna etiam, noſtra ſi interſit quid fore dandum,
Cui ſtipulamur, vti tutores ſi ſumus illi, aut

Procuratores. Sine robore facti alieni
Promiſſum eſt, ſi non ſit pœna adiecta. Futuram
Nemo ſuam vtiliter caſu ſtipulatur eo rem,
Quo ſua ſit. De re ſtipulans ſi ſenſerit vna,
Déq; alia ſpondens, nihil actum dico, perinde
Ac ſi reſponſum non eſſet. Sponſio turpi
Ex cauſſa nullum vincit. Promiſſa valebunt
Facta in conditionem, & ſi deceſſerit antè
Promiſſor ſtipulatór ve euentum: illius hæres
Nãq; aget. Hoc promiſſa dari tibi mẽſe, vel anno
Ne pete, præterito ſpatio niſi temporis omni.
Promiſſam rem ne pete continuò. Mora tanta
Sponſori danda eſt, qua rem tibi tradere poſſit.

¶DE FIDEIVSSORIBVS. TIT. XXI.

PRomiſſoris itẽ vice ſeſe obſtringit & alter,
Nempe fideiuſſor. Quem, qui mage vult ſibi cautum,
Curat habere, potéſtq; omni ille accedere vinclo,
Nec refert vtrum tantùm ciuile ſit ipſum,
An ſola inductum natura. accedere nanque
Seruo etiã hic poterit. Sed nõ tantũ ipſe ligatur,
Verùm hæres quoque. Præcedat, vel vincla ſequatur,
Vincla fideiuſſor geminat. Si dentur idem
Plures

Plures,in ſolidum ſe obſtringunt ſinguli eorum.
At cogetur agens pòſt creditor exigere horum
Quemq; ſua pro parte.tamen ſi tempore litis
Quis conteſtatæ non ſit ſoluendo,erit huius
Pars reliquis oneri,ſed ab vno creditor omne
Si accepit,tantum dětrimentum illius eſto,
Quòd non accepit,quòd pro parte actio tantùm
In ſe danda eſſet.Cui ſex promiſſa fuêre,
Ternà fideiubeas licet,at non octo licebit.
Quippe decet vinclo vinclũ hoc adcedere primo.
At,ne ſit maior re adceſsio principe,pãr eſt.
Vnde fideiuſſor ſub conditione ſat aptè,
Inq́; diem adcedet purè obſtricto,haud ita cõtrà.
Si qua fideiuſſor pro te cui ſoluit,vt illa
Reſtituas,tecũ mandati aget.Omne quaſi actum
Scriptum,actũ hìc etiam reputa.Solẽniter ergo
Crede,fideiuſsiſſe aliquis cùm ſcripſerit,actum.

¶DE LITERARVM OBLIGatione. TIT. XXII.

QVOD minimè fuerit numerata pecunia, binos
Poſt annos fruſtra excipiet,qui ſcripſerit illud
Se debere,quod haud numeratũ vnquã fuit ipſi.
Nãq; vel ex ſcripto quis ſe obligat,indéq; ab ipſa,
Cum ſtipulatio abeſt,dabitur condictio lege.

¶DE OBLIGATIONIBVS ex conſenſu. TIT. XXIII.

EX cauſis, quas pòſt titulis tractabo quaternis
Continuis, vinclum conſenſu dicito iniri,
Quòd ſolus conſenſus ad hoc ſatis eſſe, vel inter
Abſentes potis eſt ſine re, ſcripto, atque loquela.
Alteri ad hæc alter contractibus hiſce tenetur,
Quæ ex æquo atq; bono præſtari par ſit vtrũq;.
Nõ ſic, ni expreſſim, cùm verbis vincula cõſtant.

¶DE EMPTIONE ET VENditione. TIT. XXIIII.

TVnc vbi de pretio conuenerit emptio cõſtat
Venditióq;, licèt numeratio nulla, vel arra
Accedat. nanque hæc tantùm res arguit emptas.
Porrò ſi in ſcriptis celebrãda ẽ, ſcripta neceſſe eſt
Parte ab vtraq; priùs fuerit, ſubſcriptáve ſaltẽ,
Quando tabellio cõſcripſit documenta, aliúsve,
Compleuitque ſuis numeris & partibus ipſa.
Nanq; deeſt horũ dum quicquã, impune recedes
Ipſe à contractu: verùm priuaberis arris,
Antè has ſi dederis: duplo, ſi acceperis illas.
Id quod habere locum pariter noris, ſine ſcripto
Quando contractus conſtat, cùm vel nihil actum
Expreſſè fuerit ſuper arris. At ſic oportet
Hic pretiũ, ſine quo nulla emptio cõſtat, et ipſum
Certum

Certum. Quòd dictũ ſi ſit, quãti æſtimet Aulus,
Si is definierit, vendens rem tradere, & emptor
Cogetur pretium numerare. At ſi ille recuſet,
Aut nequeat pretium pòſt definire, carebit
Robore contractus. Quod tu quoq; crede locata
De re, & conducta. Numerata pecunia oportet
Conſtituat pretium. Nam permutatio tunc eſt,
Cùm pretiũ in rebus conſiſtit. Nec ſat Homerus
Rebus emi, at primùm verbis mõſtrare videtur.
Venditione igitur perfecta (tradita quanuis
Res nondum fuerit) confeſtim ſtátque cadítque
Empta ipſi emptori ſpecies, vendente periclum
Non metuente, niſi ex propria culpáve, dolóve,
Vel ni promiſit. Verùm ius venditor omne
Exhibeat, quo condicat, quo vendicet emptor,
Quo queat omne agere hîc, quod poſſet venditor ipſe.
Emptio item purè, & ſub conditione valebit,
Alterius partis collatus ſit licèt huius
Arbitrio euentus. Fruſtra loca publica, ſacra,
Relligioſa ſciens quiſquã emerit. Aſt ea vendens
Ignaro tanquàm priuata, prophanáve, quanti
Interſit, damnandus erit. Quin ſi quaſi ſeruum
Vendiderit, liber cùm ſit, hîc ius ſimile eſto.

¶DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE. TIT. XXV.

VEnditioni adeò cognata locatio ſæpe eſt,
Vt facile haud cernas, vtrum conductor, an emptor
Contrahat: & retinet canonas cõtractus vterq;
Perſimiles. hîc nanq; vices pretij tenet ipſa
Merces: contractúmque hæc definita ligabit,
Seu partes tunc, ſeu ſtatuit pòſt alter ab ipſis,
Confeſtim vt poſsint ex conducto atque locato
Ipſæ agere. At non ſit mercedis pactio certa,
Alter erit contractus ab hoc. N.ĩq; actio verbis
Præſcriptis dabitur. Quæ rurſum competet illis,
Qui res alterius repromiſere fruendas.
Nanq; hîc conductor neuter, neutérque locator:
Cùm non conſtituat numerata pecunia certam
Mercedem. diuerſa igitur conuentio fiet.
Eſt alius contractus item, Zenone probante:
Viſa antè, inclinans in cauſſam empti atq; locati
Prædia perpetuò certa mercede fruenda
Quum tradis. Quæ ni tibi merces fortè negatur,
Ipſe auferre nequis. Quin & cõductor, & hæres
Hæc aliena poteſt facere. Hic ſeruẽtur oportet,
Quæ partes pepigére. Nihil ſi obſtare videtur
Pactorum, intereat ſpecies ſi tota, periclum eſt
Tradentis, ſi pars, capienti deperit ipſa.
Cum fabro Titius ſi fors conuenerit, auro
Ille ſuo vt faceret torquem, acciperétq; ducentos
Num

Nūmos, venditio eſt atq; emptio, ſi tamen aurum
Hic dederit, fiet conductor hic, ille locator.
Conductor ſeruet quidquid conuenerit, & quæ
Sunt de contractus natura, quàmlibet iſta,
Expreſſa haud fuerint. Qui rem cōduxerit, omni
Hanc ſeruet cura, qua ſolers vtitur omnis
Res circa proprias. Conductio firma maneto
Hæredi, ſi qui conduxerit, hunc rapiat mors.

¶DE SOCIETATE. TIT. XXVI.

SVnt ſocij, quidam cunctorū ſorte bonorum,
Sunt alij vnius tantum, certique negoti.
Inter quos, ſi nil de lucri partibus atque
Damni eſt conuentum, partes intellige lucri,
Ac damni æquales. Porrò conuentio ſemper
Seruetur, quanuis partes decernit iniquas,
Quin poterit ſocius lucri partem capere vnus
Maiorem, damníque nihil ſperare, minúſ ve,
Si ſic conuentum tamen eſt. Intellige verò
Lucrum id, quod ſupereſt, vbi cōpenſatio damni
Facta fuit. Quantum expectat lucri ſibi quiſque
E re communi, tantum damni ille timeto,
De damno ſi actum nil quicquā. Soluitur autem
Quæ contracta fuit κοινωνία, cùm amplius ipſi
Conſenſu ſocij, non perſtiterint in eodem.

F v Sed

Sed,ſi callidius quis fortè renuntiet,haud ſe
Eximit.& ſocio partum communicat inde.
Si ſine fraude,ſibi poſthac tantū modò quæret.
Soluitur & ſocij morte vnius.Atq; perempta
Re,ſi de quadam fuerat re,& fine negoti.
Et cum fiſcus habet ſocij bona.Cúmq; bonis quis
Ceſſerit.At ſocios culpáque dolóque vacare
Conuenit.Et ni quis commiſſa negotia curet
Non minùs, ac ſolitus propria, hunc datur actio contra.

¶DE MANDATO. TIT. XXVII.

QVinque modis conſtat mandatum. Nanq; ſua quis
Duntaxat cauſſa poterit mandare,ſuáve
Atque tua,cui fit mandatum.Quin & aliûs
Tantùm.Siue ſua,ac aliena,ſiue aliena,
Atque tua ſimul.Aſt illorum id dicito cauſſa
Contractum,vtilitas ad quos ſpectare videtur.
Porrò tua tantum tibi ſi mandauero cauſſa,
Conſilium hoc propriè eſt. nec ob id magis obligor ipſe.
Nec mandata bonis contraria moribus vllum
Robur habent.Caueas poſitos excedere fines
Quiſquis mandatum facis,hinc nanq; actio nulla
Quatenus exceſſit,cuiquā eſt ſperanda.Manēte

Integra

Integra adhuc re ſi reuocet mandator, inanis
Mandatarij erit labor exercentis. Item ſi
Integro adhuc fuerit mandato mortuus alter.
Ni ſuccurrat ei iuſta ignorantia mortis.
Libera mandatum non ſuſcipere eſto facultas
Cuique: at ſuſceptum, niſi fortè renuntiet ipſe
Quãprimùm, aut ſubſit iuſta excuſatio, prorſus
Exequitor. Mandata licet ſub conditione
Cõtrahere: inq; diem differre. Hæc deniq; gratis
Fiunt. nam merces ſi ad hæc adceſſerit vlla,
Haud tunc officium mandati, depoſiti ve,
Sed conductio erit magis, atque locatio facta.

¶DE OBLIGATIONIBVS, *quæ ex quaſi contractu naſcuntur.* TIT. XXVIII.

Citra cõtractũ et delictũ cùm obligor, ipſum
Ex quaſi contractu ſupereſt dicamus oriri
Vinclum. Vt ſi quando quis noſtra negotia geßit
Abſentum citra mandatum. nanque negoti
Geſti pòſt contra hunc directa eſt actio nobis.
Nempe is geſtorum rationem reddat oportet:
Et, niſi deſidia, culpáque vacauerit omni
Atque dolo, damnandus erit. contraria verò
Contra nos illi datur actio, ſi benè geßit:
Vt quæ pro noſtra re impenderit ipſe, repoſcat.

Par

Par & tutelæ ratio, nanque actio danda eſt
Pupillo directa. datur contraria porrò
Tutori, impenſum repetenti. Sed neque naſci
Contractu, neque delicto viſa actio nobis
Quæ venit inter eos, queis res communiter vna
Legata aut donata fuit diuiſa: tenetur
Hinc etenim ſocio, fructus qui ceperit omneis,
Alter item impenſas repetet, ſi fortè neceſſe
Hac in re facere has fuerit, par ius erit illis,
Qui bona defuncti multi poſt funera adibunt,
Hæres contraxítne, aut legatarius? atqui
Cùm non obſtrictus ſit crimine, dicitur ille
Ex quaſi contractu huic ſic ad legata teneri.
Sic etiam obuinctus cauſſa dicetur eadem
Is, cui quis ſoluit non debita. nanque videtur
Diſtrahere hic voluiſſe magis, quàm contrahe-
re. Ergo
Erranti huic dabitur condictio non minùs, atque
Mutua ſi data ſint. Sed non quiſquã illa repoſcet
Quæ ſoluit domibus ſacríſque, pijsq́ue relicta.

¶PER QVAS PERSONAS nobis obligatio adquiritur.

TIT. XXIX.

Nobis non tantùm per nos adquiritur ipſos,
Verùm etiam per eos retinet quos noſtra poteſtas.
Sic

Sic tamen, vt, nobis quod ſeruus quæſijt, illud
Integrum noſtrum fiat. Sed pignora noſtra
Proprietate ſibi ſalua dant commoda nobis
Tantũ vſusfructus. Quin libera corpora, necnon
Alterius ſeruus, dum à nobis poßideantur
Sincerè, nobis noſtra ex re parta, ſuis ve
Ex operis quærunt. Sic ſeruus, cuius habemus
Vſumfructum vsúm ve. Sua pro parte cuique
Seruus hero adquiret communis: ni tamen vni,
Aut iuſſu vnius fuerit ſtipulatus eorum.

¶QVIBVS MODIS TOLLItur obligatio. TIT. XXX.

Soluitur obſtrictus quiuis, ſi ſoluitur ipſum,
Quod debetur ei, cui debetur, neque refert
An qui debebat ſoluat, ſiue alter ab illo.
Quin aliud pro alio modò non diſſentiat ipſe
Creditor, exolui poterit. Se liberat ergo
Rem ſoluendo reus, quíque interceſſerit omnem.
Sícque fideiuſſor ſoluendo liberat illum,
Ac ſeſe. Poſſunt verbis contracta, recidi
Verbis vincla, ferat ſi accepto creditor ipſum,
Quod debebatur. Quin & genus omne valebit
Soluere vinclorum iam acceptilatio, ductis
In ſtipulatum ijs, quæ fuerant iam debita caußis
Ex alijs. Aquili inuentum formámq; ſequendo,
Poſt

Poſt, ea ſi accepto ſe creditor inquit habere.
Quin etiã vt valida eſt pro parte ſolutio facta,
Sic pro parte queunt accepto debita ferri.
Soluere item potis eſt contracta nouatio vincla,
Et ſi non teneat promiſſio fortè ſecunda.
Nam ſi quod Proculo Titius debebat, id ipſum
Pupillus Proculo ſtipulanti ſpondeat abſque
Tutoris placito, puer haud ſeſe obligat, atqui
Liberat is Titium. Secùs eſt ſi ſpondeat illi
Seruus. nã obſtrictus Titius remanebit, vt antè.
Vera nouatio item perſonas inter eaſdem
Fit, ſi conditio ſit pòſt adiecta, diés ve
Siue fideiuſſor, pòſt conditio tamen extet,
Dum modò. nãq; aliâs remanebũt vincla priora.
Nunc, quanuis aliter priſcos ſenſiſſe ſciamus,
Non aliter fieri eſt dicenda nouatio, ni ſit
Expreſſum inter eos, qui conuenêre, nouare
Se nexum velle. hoc niſi fiat, vincla ſecunda
Adcedent primis; atque vtraque firma manebunt.
Conſenſu contracta poteſt diſſoluere vincla
Diſſenſus, niſi res fuerit pòſt inde ſecuta.
Vtpote traditio, pretij numeratio, merces.

¶Libri tertij finis.

L. HO

L. HONORATI DRACONIS ELEMENTORVM IVRIS CIVILIS

LIBER QVARTVS.

¶*DE OBLIGATIONIBVS, quæ ex delicto naſcuntur.*

TITVL. I.

Vinclorum quanuis aliorum ſint genera (antè
Vt docui) multa, vnius generis tamen illa
Sũt, quæ ex delicto ſunt nata, vel ex quaſi. nãq;
Hæc res ipſa parit, ceu furtũ, iniuria, damnum
Contractata dolo res, ſeu poſſeſsio, ſiue
Vſus, furtum eſto. Naturæ hoc iure vetatur.
Cũ furtũ duo ſint genera: hic manifeſtus, at alter
Non manifeſtus erit. Furto deprænſus in ipſo
Vel cùm nondũ exit furti loca, dúmq; tenet rem
Subtractam, necdum quò ipſam deferre volebat,
Pertulerit, manifeſtus erit fur iſte vocandus.
Quídnam ſit furtum haud manifeſtum, noſcito ab iſto.
Propria concepti quondam fuit actio furti, &
Oblati, & vetiti, non exhibitíque. Sed horum
Vſus abit. nam rem ſi quis ſuſceperit vllam,

Celarít ve ſciens furtiuam, obnoxius inde
Nec manifeſti eſto furti. Quadruplũ illius: huius
Pœna duplũ eſt. Si res in eũ quis trãsferat vſum,
In quem non credit dominũ permittere, abutens,
Fit furtum, domino niſi factum id fortè volente
Contigerit. Furtum tamen eſt, ſi quando ſinente
Seruus hero, vt furto deprendi poſſet in ipſo
Suaſor, res aliquas ſuaſori pertulit vlli.
Quin & corrupti contra hunc datur actio ſerui.
Quanuis re vera corruptus non fuit iſte,
Ne facilè hoc auſit quiſquam attentare timore
Pœnarum admonitus. Furtum fit, cõmittitúrq;,
Subripitur cùm liber homo, ceu quando paternis
Proles adhuc ſubiecta ſacris. Aliena neceſſe
Non ſemper res ſit, furtum committere in illa
Vt quiſquam poßit. Nam qui ſua ſubripit illi,
Cui dedit in pignus, fit fur. quin ille tenetur
Furti etiam, qui non furtum facit ipſe, ſed illi
Conſilium, aut operam, qui ſubripit, auxiliúm ve
Aut inſtrumentum præſtat, vel quid facit, vnde
Commodior fiat furandi occaſio, nempe
Hoc ex propoſito, cauſſam ſi fiat ob iſtam.
Aſt ex conſilio ſolo haud venit actio furti
In perſuaſorem. Domini ſub iure manentes,
Aut patris furtum de re committere eorum
Poſſunt: furtiuámq; in cauſſam res cadit, illis

Non tamen exoritur furti actio. nam nequit vlla
Inter eos naſci. verùm ſi ope conſilióve
Auli reuera furtum fecêre, tenetur
Furti Aulus meritò. & contra Aulum eſt actio patri,
Ac domino. Furti ſed & actio competit illi,
Cuius eam interſit fore ſaluam rem, licèt eius
Ille haud ſit dominus. Quin nec domino datur, e-
Si non interſit. Subrepto pignore, quamuis (ius
Is ſit ſoluendo qui debet, creditor illud
Perſequitur, quoniã mage tutum incũbere rebus,
Quàm in perſonã agere, ergo licèt ſit debitor ipſe
Qui res abſtulerit, cõtra hunc datur actio furti.
Sic operas etiam qui in veſtimenta locauit,
Veſtibus ablatis, pretium modò ſoluere poſſit,
Ipſe aget. at dominus, ſoluẽdo ſi haud ſatis ille eſt.
Emptoríque bonæ fidei, dominus licèt ipſe
Non ſit, iuris idem, quod creditor hîc habet, eſto.
De veſtimentis, quod paulò diximus antè,
Credito idem & de re, quæ illi ſubrepta fuiſſet,
Vtendam cui quis dederat. Quin inſuper addo,
Eligere vt liceat domino vtrum malit agendi
Ius tentare. Tamen de furto ſi eligat, ille
Tutus erit, cui vtẽda data eſt res. Sic quoq; cõtra,
Si contra hunc dominus litem parat, inde licebit
Huic, & nõ domino, furẽ in ius pertrahere, actũ

Ni furtum ignoret. nam, ſi reſciuerit inde,
Furem vrgere poteſt, tuto remanente priore,
Vt res cunque cadat. quin fur ſecurus ab ipſo
Eſt domino, ſi rem domino ille rependerit, vnde
Tantum illi in furē ius cōpetet. At temerè omnis
Vrgebit furem pro rebus, ſe penes antè
Depoſitis, ſi non culpam promiſerit. Infans
Furtū haud cōmittit, neq; enim cōmitteret vllus,
Furandi adfectum, qui non habeat. Placet ergo
Obſtringi inueſtem furti, vicinus ephebis
Dummodò ſit, quòd tunc ſat ſe delinquere norit.
Pœna duplum & quadruplum totū eſt. nam extrinſecus ipſam
Condicens rem auferre poteſt à fure, vel illo
Hæredem qui furis ait ſe, vendicat autem
A quouis dominus, ſi aut fur, aut poſsidet alter.

¶DE VI BONORVM RAptorum. TIT. II.

PRæterea furti rapiens aliena tenetur.
Ecquis enim magis inuito contractat aliûs
Rem domino, quàm qui rē vi rapit? attamē iſtum
Propria raptorum à prætore inducta bonorum
Actio perſtringet, quadrupli quoq; pœna manebit
Infra annum, ſimpli pòſt. atq; erit vtilis iſta
Actio, ſit quanuis res rapta vna, atque puſilla.

At

At totum impendi quadruplũ ne intellige pœnæ.
Ipſa quidem triplum tantũ eſt,ſeu raptor in ipſo
Deprenſus fuerit delicto,ſeu ſecùs.ergo
In quadruplo rem crede,rei vel pro vice dudum
Comprendi.verùm,quia competit actio demum
Iſta,dolo ſi quando malo ſit facta rapina,
Abſoluendus is eſt,aliquo qui errore ſuarum
Rem putat ex numero,iuriſque ignarus eandem
Hoc animo rapuit,liceat quaſi,quæ ſua ſunt,vi
Eripere.hunc etenim non furti pœna moratur.
At ne hoc prætextu rapiendi impune libido,
Quid moliri auſit,proſpectũ hîc eſt bene.quippe
Res ſeu rapta ſoli fuerit,ſiue apta moueri,
Qui rapuit,dominum quanuis ſe exiſtimet eius,
Si ſua res tunc eſt,ipſa priuabitur,at ſi
Non ſua ſit,pretium,& non tantũ reſtituet rem.
Quod reliquũ eſt,q̃bus ex cauſsis datur actio fur
In re clàm facta,ex cauſsis hiſce omnibus oẽs (ti
Iudicium eſſe putent raptorum poſſe bonorum.

¶DE LEGE AQVILIA.
TIT. III.

Lege Aquili,nõ iure dato datur actio dãno.
Qua capite eſt cautũ primo,ſi occiderit vllus
Aut hominem,aut pecudem alterius. Quæcunq;
gregatim

Paſci apta eſt quadrupes, pecudis ſub nomine di-
cta eſt,
Quales eſſe ſues etiam teſtatur Homerus,
Quanti plurimi eo fuit anno res ea, tantum
Damnetur domino dare. Quòd ſi iniuria dānum
Non dedit, hinc Aquili nulla datur actio lege.
Inſidiantem igitur perimes impune latronem,
Si vitam haud aliter ſeruas: Aſt haud minùs iſta
Lege dolus luitur, quàm culpa: atq; an vacet ille,
Culpa, qui læſit, perſona, locúsque docebunt,
Necnon quæ dānum præcedunt, quæq; ſequūtur,
Nam quæ culpa ſubeſt, monitus clamore viator
Si à frondatore eſt inſtantis fortè pericli,
Viribus apta ſuis, quantúmque peritia dictet,
Dehinc tentet rectè, & peragat ſuſcepta fidelis?
Et quæ exercitij proprij ſunt fecerit, ire
Eſt quò conſuetum? Si contrà, hæc actio danda
Contra lædentem, ſed non tranſibit in eius
Hæredem, pœnalis enim eſt: quòd ſæpe minoris
Eſt damnum pretij, quàm iudex æſtimet. Illud
Non verbis, at mente placet decerpere legis,
Nempe, vt non tantum ratio ſit habenda perēpti
Corporis, aſt etiam tanti damnatio fiat
Quantum aliud damnum dominum de morte ſe-
cutum eſt,
Extra id quod perijt, ceu ſi res vna ſuperſtes

Non

Non tanti fiat,ſociam rem propter ademptam,
Seu ſi amiſſa nece eſt ſerui,quæ multa manebat
Atq; ingens dominũ ſucceſſio. At eſto facultas
Aut plebiſcito hoc redimendi damna perempti:
Aut reũ agẽdi illũ capitis qui auſus dare dãnum.
Quod reliquũ eſt legis caput huius (nãq; ſecundũ
Vſu iam deſuetum exceſſit)cætera damna
Omnia perſeqtur: veluti ſi homo,vel pecus vllũ
Adcepit vulnus,vel res animata,vel expers
Res animæ ſit rupta. Sed hac intellige voce
Quo res cunque modo fuerit corrupta, perempta
Factáve debilior,comprendi. Per caput iſtud
Quanti plurimi erit res dicta fuiſſe diebus
Triginta ante datum damnum,tanti reus eſto
Damnatus,licèt hic vtatur nomine tanti,
Et non plurimi,vti capite eſt lex vſa priore.
Ex lege hac directa datur tunc actio,quando
Corpore quis proprio dãnum dedit. vtilis autem
Danda aliâs. Sed ſi non corpore damna dediſſet,
Nec corpus læſiſſet,ei tamen actio danda
In factum ſupereſt,qui damni incommoda ſenſit.

¶ *DE INIVRIIS.*
TIT. IIII.

QVod non iure fit,hoc iniuria dicitur omne.
Sed ſpecialis ea eſt,ꝗ Græcis dicitur ὕβρις

Contemptus latijs, quanquam eſt iniuria, culpa,
Atq; iniuſtitia, & quod quiſquam fecit iniquè.
Non autem ſolum eſt iniuria facta putanda
Pugno pulſatis, vel fuſte, aut verbere cæſis,
Verùm etiam ſi cui fuerint conuicia iacta.
Aut aliquid dictũ, ſcriptũ, factúmve, vel actũ,
Quíd ve procuratum, quo re, vel nomine tantum
Læſio contingat, ſubeat vel fama periclum.
Quin etiã haud tantum reputãda iniuria noſtra,
Cùm nobis nocitũ eſt, quin et per pignora noſtra,
Quæ nondum fuerint ſacris emiſſa paternis,
Ipſam ſentimus, pérq; hanc, quam pronuba Iuno
Connubio iunxit, non contrà. nanq; virorum eſt,
Vxores aduerſum omnes defendere, at ipſas
Contineat ſexus, pudor, æquum eſt, iure tuetur
Vxorem nati ſocer, is ſit dummodò patris
Sub ditione, ipſis ſeruis iniuria non ſit,
Sed dominis per eos fieri cenſetur. hoc autem
Non ijſdem tu crede modis fieri, quibus audis
Per natos, pérque vxores. Sed ſi modo quicquam
Commiſſum fuerit, quod apertè ſpectet herorum
Contemptum, ſítque hoc atrocius. Ergo negabo
Si pugnum impingas ſeruo, aut conuicia iactes,
Poſſe agere hinc dominũ. Cõmuni iniuria vernæ
Si facta eſt, iudex haud æſtimet æquus heriles
Partes: quin potius perſonas ſpectet herorum.

Si fue

Si fuerit Titio ſerui vſusfructus, & Aulo
Proprietas, cæſi ſerui Aulo iniuria vergit.
Liber homo proprio experiatur nomine, læſus,
Ipſe bona licèt vſque fide tibi ſeruiat. Atqui
Intuitu ſi facta tui eſt iniuria tali,
Aut, qui fortè tua tibi nulla fraude miniſtrat,
Seruo alieno, vt agas ratione iuuaris aperta.
Permiſſum eſt paſſis, magnò data damna liceri,
Id quod prætores introduxere. minoris
Eſſe tamen poterit damnatio iudicis æqui,
Huic ita ſi viſum fuerit, dum ſpectat honores,
Et cuiuſque gradus perſonæ, ac denique mores.
Nanq; huiuſcemodi minuúntq; augêntq; reatũ,
Nec ſunt quique pares homines. Iniuria facta
Lex etiam reprimit Cornelia, punit & illum
Qui quenquã pulſat, qui verberat, ingrediturve
Vi domum in alterius. Domus autem dicitur eſſe
Quam quicũq; habitat, quãuis conduxerit illam:
Quin & vbi hoſpitio fuerit ſuſceptus: & in qua
Forte habitat gratis. Iniuria dicitur atrox
Ex facto, atq; loco, & perſona. nã graue vulnus
Infligi, grauius, fit ſi prætore vidente,
Inque foro. grauior læſi vindicta patroni,
Et patris. indignum nimis eſt, ſi vilis honeſtos,
Siue magiſtratum priuatus cædat. habenda
Nobilioris erit maior quoque læſio membri.

In ſumma liceat cuicunque iniuria facta eſt,
Vt de crimine agat: vel agat ciuiliter. Huius
Iudicij ſuprà eſt dictus modus: illius autem
Iudicis arbitrio ſtat pœna Illuſtris habere
Et ſuperilluſtris poſſunt, Zenone ſinente,
Procuratorem. Nec qui infert verbera, tantùm,
Verùm etiam quicunq; dolo facit, atq; procurat,
Vt quis percutiat, reus, atque iniurius eſto.
Sed qui aliquãtiſper poſt quàm eſt iniuria facta,
Diſsimularit eam, fruſtra reuocauerit ille
Hanc animo, nam poſthac non erit actio danda.

¶DE OBLIGATIONIBVS, *quæ ex quaſi delicto naſcuntur.*

TITVL. V.

Non ex delicto propriè ſeſe obligat ille,
Qui malè ius reddit. verùm quia peccat, & vllo
Non ex delicto, non contractu ipſe tenetur,
Ex quaſi delicto (quãquam imprudenter id egit)
Mulctari poterit, quanti cenſebitur æquum
Iudicis arbitrio. Cauſſa eſt obuinctus eâdem
E cuius fortaſſe domo, ſeu propria, ſeu ſit
Conducta, à domino aut gratis habitãda relicta,
Quæ cuiquam noceat, deiecta effuſáve ſit res.
Par huic quiſq; habet, quâ vulgo ſit via, quidquã

Depo

Depoſitum vel ſuſpenſum, quandoque nocere
Quod cuiquam poſſit caſu. nam pœna erit iſto
Caſu, biſquinûm ſolidorum. at pende priori
Quanti nam fuerit damnum. nãq; actio dupli eſt.
Quòd ſi liber homo fuerit ſic traditus orco,
Eſt decies quinûm ſolidorum pœna. Sed illo,
Cui nocitum eſt, viuente, modum pœnæ æſtimet æquus
Iudex, mercedes medicorum, impendia curæ,
Atq; operas, quibus hic caruit, quibus eſt caritu-
Id propter, ſpectãs. Pro nato nemo parentẽ (rus,
Vrgeat, is ſi non habitet ſimul. ergo tenetor
Filius. Illud idem de iudice dicito iniquo.
Cauponæ, ſtabuli, nauisque exercitor omnis,
Si in caupona aliquid, ſtabulóve, aut naue ſit vlli
Subreptũ, quòd credi æquũ eſt opera eſſe malorũ
Vſos, ſunto rei. In factum datur actio cauſſis
Ex his hæredi quoque, ſed non fertur in ipſum.

¶DE ACTIONIBVS. TIT. VI.

Actio iam ſupereſt, ius autẽ in iure petendi
Quod ſibi debetur dicta actio. Sectio cuius
Sũma, quòd aut in rem, vel perſonã actio quæuis
Tenditur. Omnis enim, quicũq; agit, aut agit ipſe
Cum ſibi deuincto contractu, vel malè facto,

Vt detur, fiát ve aliquid: varijs've figuris
Cauſſarum: vel cum nullo ſibi iure reuinčto
De re contendit quadam tamen. Actio caſu hoc
In rem fertur. At in perſonam proditur illo.
Ergo ſuam qui rem dicit, quam poſsidet alter
Corpore conſtantē, rem vēdicat, atq; agit in rem.
Aequè, ſi quis agat ius vtendi atque fruendi
Eſſe ſibi fundo vicini, aut ædibus. æquè,
Si ire, agere alterius per fundū, aut ducere riuos
Poſſe putans. Huius generis quoque iura putato
Prædia, quæ debent vrbana, ac debita eiſdem.
Sic vſumfructum qui poſcit, iurá ve, fundus
Quæ debet fundo: vel contrà, ſi neget illa,
Intendens. nam, quod pro corpore nō datur vllo,
Hîc agere ille poteſt, qui poſsidet. Omnibus ergo
Caſibus hiſce in rem datur actio: legitimísque
Prouenit ex cauſsis. Dat iuriſdictio quaſdam
Prætoris. nam ſi iuſta cui tradita cauſſa
Res fuerit, velut ex donato, aut dote, priúſque
Effectus quàm ſit dominus, poſſeſſor is eſſe
Deſierit, ſi quidem lege haud rem vendicat vlla
Qui nō ſit dominus, tamen hîc quaſi cœperit vſu,
Publicij inuento prætoris vendicat. Aequè
Contrà, vſu quaſi non eſſet res capta, repoſcet
Tunc vſucaptam, cùm publica cauſſa, vel hoſtis
Abſentem tenuit poſſeſſorem illius: ídque

Intra annum reditus vſucapione reciſa.
Quin agere hoc alys permittit caſibus æqui
Inductus ſimili prætor ratione. vti ſi rem
Debitor, vt fraudet cui debet, tradidit Aulo,
Permittit prætor cui quid debetur, eidem
Traditione iſta reſciſſa rem petere, ac ſi
Tradita non eſſet iure ex hoc actio ſerui eſt.
Hanc tu de rebus potes exercere coloni,
Quæ in pignus tibi pro fundi mercede tenentur.
Ex hypotheca igitur nomē quoq; ea actio ſumit.
Aemula penè huiusqua hypothecas creditor atq;
Pignora perſequitur. Specie diſcrimen in iſta
Hæc duo nō ſeruant. Nam de qua creditor egit,
Ac debens, vt ſit pro alieno ſuppoſita ære,
Nomine vtroq; voco hîc. alias ſed pignus id eſſe
Mobile credenti, quod tradit debitor, aio.
Aſt hypotheca vt ſit, conuentio perficit abſque
Traditione. In perſonas dat prætor agendi
Ius: veluti ſi conſtituas te ſoluere cuiquam
Pacto ipſo: nam ſi is ſtipuletur, iure ligaris,
Hæcque receptitium noſtra iam lege recepit
Actio. Præterea pro menſura vſque peculi
Et ſerui, & nati, dominúsque, paterque tenetur
Horum ex contractu prætorum iure. Et eodem,
Si quenquam debere mihi iuraro petita,
Qui iuſiurandum obtulerit, niſi ſoluerit, inde

Quære

Quæretur tantū, an iurarim. Has prætor, et hiſce
Inuexit ſimileis: Pœnaleis hic quoque in illum
Qui albū corrupit, qui patronúm ve parentém ve
In ius, ſi non ſit venia antè obtenta, vocarit.
Quíque illum, cui dicta dies ſit, ví ve, doló ve
Eximit: atque alias. Præiudicia eſſe videntur
Cuncta in rem. quibus an ſeruus, libér ve ſit ille,
An mage libertus, de agnoſcendo quoque partu
Quæritur. Et primo fermè cauſſa eſſe videtur
Legitima. at reliquis ſubſtantia iure reſedit
Prætorum. At quanquam verum eſt rem non pe tere vllum
Poſſe dari ſibi quæ ſua ſit, nam quæ mea res eſt,
Iam nequit illa dari mihi, nec mea iam mage fiet.
Proinde eius, cuicunque datur, res fiat oportet:
Planè odio furum, præter dupli atque quadrupli
Pœnam eſt effectum, teneatur nomine vt iſto,
Si dare oportere hos cōſtat, licet actio, per quam
Eſſe ſuam quis ait rem, ſit quoq; prodita in ipſos.
Vendicat ergo, in rem quicūq; agit, indéq; nomen
Actio habet. Qui in perſonam, quid vel dare quenquam,
Vel facere intendit, condicere dicitur. éſtque
Hoc priſcæ verbum linguæ. denuntio quippe
Id quod condico eſt, à quo condictio manat,
Dicta minus propriè modò. nam haud denuntiat vllus

Amp

Amplius. Eſt alia & diuiſio, ſcilicet, vt ſit
Ad rē vna, aſt alia ad pœnā, quædā quoq; miſta
Actio, qua petimus rē noſtrā, hæc dicitur ad rē,
Tum quæ in perſonam lis tenditur, eſſe putato
Ad rem, ſi ex contractu ortum lis, iudiciúmque
Accipiunt: veluti ex ſtipulatu, depoſitó ve.
Planè depoſitum ſi ob cauſsā eſt forte tumultus,
Naufragíi ve, vel incendi, paritérque ruinæ,
Nomine eo in duplum datur actio, ſi reus ille eſt
Quem penès ipſa fuit res depoſita, ísque negarit:
Déq; dolo ſi hæres proprio eſt conuentus. & iſta
Actio miſta venit ſpecie dicenda. Profecta
Delictis aliqua ad pœnam tantum modò tēdunt:
Sūt, quæ ad rē. Sunt miſta etiā. quippe actio furti
Solam perſequitur pœnam. Condictio nanque
Eſt conceſſa rei repetendæ propria. Miſta
Actio raptorum venit adpellanda bonorum.
Nam rē perſequitur pariter pœnámq;. Reperta
Lege Aquili talis. Talis quæ fertur in illos,
Qui legata ſacris venerandíſque ædibus vſque
Diſtulerint, dum dicta dies ſit. pendere nanque
Integra legata, & tantundem nomine pœnæ
Cogentur. Quædam miſtam retinere videntur
Cauſſam, qualis ea eſt qua res diſcinditur inter
Hæredes tota, & qua quid commune quibuſdam
Diuiditur. talis quæ finibus apta regundis

Reddi

Redditur inter eos, confines ſunt quibus agri.
Quòd tam in perſonam, quàm in rem datur actio quæuis
Harum. Iudicijs his ex æquóque bonóque
Iudicis arbitrio quædam permittitur vni
Res contendentum, pro qua ſocio ipſe rependat
Nummorum tantũ, quantum illa parte grauatur
In ſimplum, aut duplum, vel triplum, ſiue quadruplum
Ad ſummũ eſt omnis quæ proditur actio. Simpli
Ex ſtipulatu agis, ac ex venditione vel empto:
Atque ex mutuo: item ex conducto ſiue locato:
Mandati ex cauſſa, ac alijs. Dupli actio furti eſt
Nec manifeſti, Aquiliq; ex lege, & caſibus illis
Depoſiti, quos iam memini, ſi caſibus illis,
Hácque ex lege rei factum inficientur. Aliûs
Corrumpens ſeruum prauis hortatibus, atque
Conſilio, vt peior fiat, fugiát ve, tenetur,
Siue eat inficias, ſeu rem fateatur, vt acta eſt,
In duplum: duplũ pretij haud tantummodò ſerui,
Quin etiam rerum, fugiens quas clepſit ab eius
Seruus hero. Dupli quoq;, ceu modò diximus illa,
Quæ pro legatis datur ædibus actio ſacris,
Atq; pijs. verùm hoc, dum vel legata negentur,
Vel dilata dari ſint, donec debitor horum
In ius iam fuerit prætore iubente vocatus.

Triplum verò reo damni dare cogitur actor,
Quod dedit inſerta ſumma maiore libello.
Vnde viatores ſportarum nomine ab ipſo
Plura reo exigerent. triplo autem includitur iſto
Et pœna, & damni pretiũ. Quadrupli actio furti
Eſt manifeſti, & qua prodit, ſi quando viator,
Hic eſt, qui litẽ exequitur, quidquã exigere auſit
A reo. Item quadrupli, ſi quando calumnia litem
Cui mouit: factúm ve metu quidquã fuit. húicq;
Eſt proprium, quòd ſi rem iuſſu iudicis omnem
Actori reddat reus, abſoluetur. at illis
Omnino in quadruplum iudex condẽnet oportet.
Iudicia iſta bonæ fidei ſunt, ſcilicet empti
Venditi item, ſic conducti, paritérque locati:
Mandatíque, & depoſiti, geſtíque negoti:
Quo de pignore agis: quod pro ſocio datur, atque
Quo res diuiditur communis, quoque bonorum
Contendis partẽ capere: & quo in cõmoda veſtra
Conceſſa re agitur. Tutelæque actio, verbis
Præſcriptis, rebus permutatis ve, datis ve
Expreſſo quanti ſint. Quin vxoria dudum
Antè bonæ fidei, & nũc eſt quoq;: et ex ſtipulatu
Hanc dici volumus: tacitamque induximus ipſi
Nos hypothecam, alijs quã præferri placet vſq;,
Ipſa ſuam mulier dotem dum poſcit ab vllo.
Ergo bonæ fidei ſi propoſita actio quædam,

Eſt ius dicenti permiſſum hîc, ex bono & æquo
Aeſtimet, emptori quantum reddi ve, dari ve
Debeat, atque reo ſi quid præſtare decebit
Actorem. fieri tum & compenſatio debet.
Quin in iudicijs ſtricti quoque iuris, agenti,
Excipiendo malus ſi cui dolus obijciatur,
Ex diui Marci fit compenſatio lege,
Lex ſed noſtra iubet, minuatur vt actio quæuis
Iure ipſo, obycitur cùm compenſatio contra:
Depoſiti ni agitur, cui compenſatio nulla
Digna ſatis viſa eſt opponi. Præterea in rem
Atque in perſonam ſunt arbitraria quædam
Iudicia. arbitrio nam pendent iudicis iſta
In rem, vt Publicij Seruique à nomine nomen
Quæ ſumũt. aſt in perſonã, vt quãdo agis, vt quis
Exhibeat, certó ve loco promiſſa repoſcis.
Ac queis de hoc agitur, quod vel metus, aut dolus ater,
Vt fieret, fecit. nã his omnibus ex bono & æquo,
Vt cuiuſque rei fert natura æſtimet omnis,
Quî ſatis actori fiat, iudex. Decet autem
Curare omnino hunc, vt certa pecunia, rés ve
Sit, quam cõprendit, cum quidquam iudicat, & ſi
Incertum quantum nam ſit, quo de fuit actum.
Si complexus agens fuerit plus tempore, Zeno
Lege moram duplicat. Si re, cauſſá ve locó ve,

A nob

A nobis pœna huic,cui diximus antè,tripli eſto
Eius,quod ſenſit damni reus. Abſque periclo
Experiêre,minus ſi complectare libello,
Quàm tibi debetur,tibi nã & dãnabitur is,quem
Pulſaſti,in reliquo. Plus re eſt,ſi ſumma petatur
Maior,vel totum,cùm pars ſit debita tantum.
Tẽpore,ſi ante diẽ conuentum agis,& priùs orta
Conditione:loco plus eſt,quòd ſæpe minoris
Pendentur merces,vbi ſeſe pendere velle
Debitor expreſſit,quàm ſint,vbi cõpulit actor.
Cauſſa plus peteres ſi,quando electio iure eſt
Promiſſoris,vtrum rem ſoluere malit,ab illo
Alterutram tantum peteres,viliſſima quanuis
Hæc ſit. nanque reo poſſet contingere,magni
Rem pretij facile eſſe magis dare. Deficit autem
Iſte rigor pœnæ,ſi excuſet iuſta petentem
Cauſſa erroris:vt eſt ætas,inſcitia facti,
Atque rei,vt poſſet vel conſtantiſſimus omnis
Labi. Si pro alio petijſti aliud,potès iſtum
Corrigere errorem. Porrò neq; ſemper agentes
Perſequimur ſolidũ:quin et quãdoq; minùs,quàm
Debetur nobis:vt ſi ſit cauſſa peculi.
Nanq; vltra vires huius dominûs ve patér ve
Non condemnatur,quanuis plus debeat huius
Filius,aut eius ſeruus. Pro dote maritum
Coueniat ſi vxor,non is damnabitur vltrà,

Quàm facere vſque queat. Quin vir retinere
valebit
Quantum dotales in res impenderit. Ergo
Iuris idem fuerit, ſi in patronum atque parentes
Intendas, vel pro ſocio tibi cum ſocio eſt lis:
Aut ſi propterea tibi quòd donauero, tu me
Iudicio exagites. Quòd compenſatio dictet
Vt minus obtineat, quàm quod petit actor, abūdè
Diximus antè. Bonis qui ceſſit, ſi bona poſthac
Quæſierit, prætori iterum damnare licebit
Inquantum facere ille poteſt. Si quidem impia
res eſt,
Damnari in ſolidum, cui ſit ſubſtantia nulla.

¶ QVOD CVM EO, QVI IN aliena eſt poteſtate, negotium geſtum eſſe dicetur. TIT. VII.

IAm, quando à nobis eſt mentio facta peculi,
Tractemus, quænam ſeruorū nomine, quæ ve
Natorum in dominos dentur, paritérq; parentes
Iudicia. Et quoniam fermè vna vtriuſq; vidētur
Iura poteſtatis, ſerui ſub nomine herique
Ipſe loquens, eadem de nato deque parente
Intellecta volo ſtudio breuitatis. at illa
Priuatim ſubdam, quæ ſunt ſpecialia cuique.
Ergo ſi domini ſunt geſta negotia iuſſu,

In ſolidum in dominum datur actio:nāq; videtur
Ille fidem amplecti domini,qui cōtrahit. Aequè
Si fuerit ſeruus liber ve exercitor,illum
Qui ſe præpoſuit naui,obligat. Atque tabernæ
Institor illud idem poterit,dum contrahat ille
Circa exercitium:hic commiſſa negotia curans.
Vtraque ſed proprio ſumit de nomine nomen,
Actio. Preterea quæ eſt à tribuendo vocata,
A prætore fluit. Si quidem ſi in merce peculi
Seruus hero non ignorante negotia quædam
Cōtraxit,quidquid fuit omni in merce receptum,
Indéque,diſtribuet prætore iubente ſibi,atque
Quotquot crediderint,pariter dominus,rata verò
Portio ni à domino fuerit tunc cuique tributa,
Qui queritur ſe habuiſſe minùs, datur actio præ-
ſens.
Déq; peculio,eóq;,quod eſt verſum domini in rē
Actio erit,quanuis ſint geſta negotia præter
Velle ſui domini. & licèt vna ſit actio,duplex
Condemnatiò erit tamen. hìc nanq; inſpicit antè
Prætor,an in domini rem,ſerui debita verſa,
Hoc eſt an ſeruus domini res auxerit iſtis,
Impendit ve aliquid,vel ſoluit pro domino. ergo
Sic damnabit herum in ſolidū. Sed ſi nihil in rem
Eſt verſum domini,tantúm ve in parte,peculi
Inſpiciens vires,damnabit eatenus illum,

H ij Qua

Quatenus inueniet ſe illas extendere. primùm
Quod debetur hero, vel qui ſunt iuris herilis,
Deducto, verùm ſi ſit pars vna peculi
Seruilis, ſeruus cui debet, detrahet inde
Nil herus amborum. vt ſi fortè vicarius illi
Crediderit quidquã ſuus. At dubitatio nulla eſt,
Quin & iudicium hoc poßint intendere iuſſu
Qui cõtraxerũt domini, & quibus actio quædam
Competit ex illis, quas nos tractauimus ante
Hanc, & poſt illam quod iuſſu. Diſpice verò
Quiſquis agis, quænã tibi ſit magis vtilis. id quod
Vt noris, monuiſſe libet, quòd habenda peculi
Eſt in iudicio ratio totiûs, in ipſo
Quod fuerit, non ſic in eo, quod nomen adeptum
Attribuendo fuit, nam non extenditur vltra
Illud, quod circa ſunt geſta negotia: quanuis
Præcipua hic domini haud ſint debita, at omnibus æqua
Conditio, contrà quod fiet agendo peculi.
Certè in rem domini verſum quicunque probare
Sat valet, haud alia eſt q̃renda huic actio. Porrò
Stultus, qui ſolidum cùm poſſet cõſequi ob ipſum
Contractum, omiſſo quod iuſſu, quanta peculi
Sũma ſit, aut in rẽ domini verſum eſſe, probandũ
Sumpſerit. In ſumma cui cõpetit actio de in rem
Verſo, & quod iuſſu, vel cum quo exercitor atq;

Inſti

Inſtitor egit, ei quod debetur, licet ipſo
Directè à domino condicere. Dicta putato
De patre, auo, nato, nata, nepte, atque nepote,
De ſeruo ac domino quæ diximus hactenus, æquè.
Aſt in perſonam propriè hoc ſeruatur eorum,
Scilicet vt, niſi ſunt ſacris emiſſa paternis
Pignora iam tum, cũ datur hiſce pecunia ab vllo
Mutua, ne obſtringat cõtractus hic ipſe parẽtes,
Nec quæ adceperunt, quãuis pòſt morte parẽtum
Aut aliter proprij ſint iuris pignora facta.
Præbuit huic Macedo nomẽ, cauſsámq; Senatus
Conſulto, hoc ideo ſtatuenti, vt vita parentum
Eſſet ab inſidijs natorum tuta repreſſa
Horum luxuria, & credentum fomite auaro.

¶DE NOXALIBVS ACTIONIBUS. TIT. VIII.

SEmper noxalis, quæcunque eſt actio, ſerui
Ex delicto oritur, ceu furto, ſiue rapina,
Siue dato ex damno, ſeu facta iniuria. & hiſce
Iudicijs domino permiſſum eſt pendere quanti
Is ſeruus valet, aut hominem noxæ dare. Noxa
Ipſum eſt quod nocuit corpus. Sed noxia dicta
Eſt delictum. Igitur conuentus nomine ſerui
Iudicio hoc dominus, ſeruum dedendo iubetur
Abſolui. Sed herus ſit ſerui, læſus ab ipſo,

Perpetuus, damnum tamen hic ſi ſarciat omne
Cui nocuit, ſeruus, iuſſu prætoris herili
Mittetur manu. Habent iſthæc à legibus ortum
Iudicia, vt furti ex biſſenis quippe tabellis:
Atq; ex lege Aquili d.ñni atq; iniuriæ: habéntq;
Quædam ex edicto prætoris, nempe bonorum
Per vim raptorum, mulctánsque iniuria facta.
Omnis noxalis ſequitur caput actio. Quare
Qui nocuit ſeruus tuus, hic ſi deſinat inde
Eſſe tuus, tu tutus eris, læſúsque ſecundum
Conueniet dominum. quòd ſi non amplius ille eſt
Seruus, in hunc directa datur læſo actio, noxæ
Deditione nihil penitus remanente. Ita contra,
Qui liber nocuit, ſeruus ſi poſt tibi fiat,
Quæ directa fuit, fieri incipit actio tecum
Noxalis. Si ſeruus hero nocet, actio nulla eſt:
Alterius quanuis fiat, vel deſinat eſſe
Pòſt ſeruus. quoniam ſeſe nemo obligat illi,
Cuius ſub iure eſt, vel cui dominatur: idipſum
Nam nequit. Alterius tibi ſeruus ſi nocet, isque
Poſt fiat tuus, hoc neſcit conſiſtere caſu
Actio, quin neque ſi proprij ſit denique iuris
Effectus. Pariter fuerit ſi ſeruus ab eius
Læſus hero, nunquam datur hunc contrà actio ſeruo,
Quanuis deſierit ſeruus ſuus eſſe. Quod autem

Pro noxa natos patri lex priſca ſinebat
Dedere, id humanum fuit emendare, piúmque,
Et caſtum. Eſto ſatis patrio ſub iure manentes
Ipſos iudicium proprio de crimine ferre,
Nec ſcelerata luant natorum facta parentes.

¶ SI QVADRVPES PAVperiem feciſſe dicatur.

TIT. IX.

PAuperiem quadrupes ſi fecerit, actio biſſex
Ex tabulis prodit noxalis. Liberat ergo
Iure animal dominum, noxæ ſi deditur ipſum.
Competit hæc verò pro animalibus actio, quorũ
Non fera natura eſt. Quòd ſi genuina ſit illi,
Quòd nocuit, feritas animali, hæc actio ceſſat.
Denique ſi fugiens vrſus quem læſerit, vrſi
Qui fuerat dominus, cùm deſinat eſſe, tenetur
Nemini, vbi euaſit fera. Nomine pauperiei
Id damni, quod nulla infert iniuria, dictum eſt.
Non etenim eſſe queunt iniuria, quæ ſine ſenſu.
Quà ſit iter vulgò, prohibemur habere leonem,
Vrſum, aprum, atque canem: nanque edixere curules.
Si contrà factum eſt, læſúsq; homo liber, ab æquo
Iudicis atque bono arbitrio damnatio pendet
In dominos. aliȷs ſi facta eſt læſio rebus

Duplũ eſt pẽſurus dominus, ſed et actio caſu hoc
Vltra ædilitias de pauperie datur. éſtque
Perpetuum, concurſu aliam conſumere nullam
Pœnalem ex vno prognatam ventre ſororem.

¶DE IIS PER QVOS AGE-re poſſumus. TIT. X.

NVnc agere admoneo proprio quem nomine poſſe,
Atque alieno. vt ſi eſt tutor, curator, itémque
Procurator. hic eſt cui quid committis agendum,
Aut defendendum, verbísq; quibuslibet ipſum
Conſtitues. Quin & licèt aduerſarius abſit,
Ignorét ve. Eius, q eſt captus ab hoſte, vel abſens,
Abſenti modò ſit res publica, cauſſa, & eorum,
Qui in cuiuſquam eſſent tutela, nomine inire
Furti iudicium lege Hoſtilij antè licebat.

¶DE SATISDATIONIBVS. TIT. XI.

PRiſca ſatiſdatio eſt admiſſa pulſa recenti,
Nam perſonali conuentus ſiue reali
Siſtere iudicio ſe dum lis finiat illa
Promittat iurans, quæ iuratoria dicta eſt
Cautio, vel præſtet, ſi poſſidet haud ſatis amplè,
Prædè opus eſt. Alieno etiã cùm nomine quiſquã
Procurator agit, ſi non certum inferat actis

Manda

Mandatū,aut litis domino,à præſente probetur,
Det ſatis ipſe ratā domino fore rem. Satis æquè
Detur ſi tutor,curatórque atque gubernans
Quicunque alterius res,liteis inferat vlli
Subſtituens alium ſibi. Conuentíque procurans
Rem,niſi ſolemni ſtipulatu apud acta ſatiſdet
Exolui dominus præſens,oſtendere debet,
Extra iudicium dominum ſatis antè dediſſe,
Atque fidem adſtrinxiſſe ſuam ſe,& ſua liti
Subpoſuiſſe,quòd & ſententia quando feretur,
Ipſe in ius veniet,vel ſi non venerit ipſe,
Nempe fideiuſſor quantum damnatio fiet
Exoluet,ni adpelletur. quòd ſi reus haud ſit
Præſto,qui cupiet defendere,vt ipſe ſatiſdet,
Congruit,haud ſiquidem defenſor,ni ſatis is det,
Legitimus quiſquam eſt alienæ litis habendus,
Vt priſci dixêre.ligátque hæc cautio,vt illa,
Hæredem ac dominū.Noſtra ergo lege probatus
Vſus ita euaſit Romæ.Porrò vrbis vbique
Obſeruare decet morem,cum ſit caput orbis.

¶DE PERPETVIS ET TEMporalibus actionibus. TIT. XII.

OLim perpetuò durabat lege,Senatus
Conſulto,aut aliâs ciuili prodita iure
Actio quæcunque. At certo poſt claudere fine

Omnes eſt viſum, nec refert ſintne reales,
An perſonales. Prætoris iure creatæ
Plerunq; intra annum viuunt, nam tēpore tanto
Imperium prætoris erat. Sunt quæ tamen vltrà,
Perpetuóque vigent, hoc eſt ciuilibus æquo
Aeuo. huiuſcemodi ſunt, quæ à prætore bonorum
Poſſeſſori, & eis, qui hæredum ſunt vice, dantur:
Actio item furti. Non autem hæredibus obſunt,
Seu ſint ciuiles, ſiue à prætore profectæ,
Pœnales omnes, niſi conteſtatio litis
Præcedat mortem delinquentis. tamen ipſas
Hæredes in eos, qui deliquere, mouebunt,
Præter eam, generat quā iniuria facta. Negatur
Actio in hæredem ex contractu aliquādo, doloſè
Vt cùm verſatus teſtator, & inde profectum
Nil ſit ad hæredem. Supereſt nunc dicere, quòd ſi
Ille ſatisfaciat, qui cum actum eſt, quālibet antè
Condemnandus erat, iudex abſoluat oportet.
Hinc dictum iam, poſſe reos abſoluier omnes.

¶DE EXCEPTIONIBVS. TIT. XIII.

VT ſe queis cū agitur defendāt, prodijt vſus
Excipiēdi. etenim quæ viſa eſt actio iuſta,
Contra illum, qui cum lis eſt, contingit, iniqua
Vt ſit, nempe metu ſeductus ſi ille, doló ve

Id pro

Id promiſiſſet, quod non debebat. Idémque
Tu iuris reputa, cùm quis quaſi credere vellet,
A te ſummam æris fuerit ſtipulatus, eámque
Non dederit. Siquidem ex ſtipulatu iure teneris,
Aſt exceptio, quòd numerata pecunia non ſit,
Auxiliatura eſt, ne tu damneris iniquè.
Præterea pacti fuerint ſi debitor atque
Creditor, vt nihil hic petat à debente, manebunt
Vincla priora quidem ius, quæ ſtipulando coëgit.
At quia non æquũ eſt, quòd pactio reſtet inanis,
Ex huiuſcemodi præſto eſt exceptio pacto,
Qua ſe defendat, ne condemnetur is. Aequè
Si iuſiurandum, quod detulit ipſe petitor,
Debitor hoc ſubiens ſe rem debere, negarit.
Nã manet obuinctus, ceu primùm debitor, ipſum
Attamen ex æquo iuuat hæc exceptio iuris
Iurãdi, vt iudex abſoluat. In his quoq; quæ in rẽ
Iudicia exurgunt, exceptio multa poténsque
Eſſe ſolet, qualis modò dicta. hæc quippe repellet
Actorem, propriam eſſe reus ſi iuret eam rem
Is quam poſcit. Item ſi tecum in iure ſit actum,
Siue in perſonam, ſiue in rem erat actio, durat
Illa, ſed inde tibi eſt exceptio, ſi ante fuiſti
Victor, quòd iudex te abſoluerit. Hæc ſatis eſſe
Nunc ſuadet breuitas, Pandectæ cætera pãdent.
Ciuilis multa eſt exceptio legibus orta.

Non

Nonnullæ quoque ſunt æquo à prætore profectæ.
Porrò aliquæ ſunt, quæ vel sẽper agẽtibus obſtãt,
Et rem qua de agitur perimunt, hoc nẽpe vocatæ
A verbo, vel perpetuæ. Metus, & dolus ater
Dant huiuſcemodi, pactum quoque, ſcilicet illud,
Si quando fuerit conuentum non petere inde
Quod debebatur. Sunt & quæ aliquando nocere
Poßũt, & nequeũt aliquando, à tempore nomen
Aut à dilato ſumunt iure. Ergo paciſcens
Non petere antè annũ, ſi nondum menſibus actis
Biſſenis petet, eſt exceptio, quæ inde repellat
Actorem, & tempus cogat duplicare, moráſq;
Quas præuenit agens, quẽ, ni parti antè rependat
Cauſſæ omnẽ impenſam, nos audiri inde vetamus.
Sunt aliæ quoq; iudicium differre paratæ
Ex perſona, vt ſi, cui non licet, ille procuret.
Qualis ſi miles, cui rerum ſola ſuarum
Non patris, vxoris ve eſt procuratio iure
Permiſſa. Infames admittimus antè repulſos
Iudicijs: ijſdemque alios ſupponere ius ſit.

¶DE REPLICATIONIBVS. TIT. XIIII.

EVenit interdum, prima quæ exceptio viſa
Eſt facie æqua, tamen ſit iniqua nocénſque. opus ergo

Tunc

Tunc iuuet actores alia adlegatio. Quare
Quòd ius actoris replicet, replicatio dicta eſt.
Rurſus & hãc (quãuis fuerit viſa æqua) recĩdet
Opportuna reis duplicatio, ſi adcidit, illa
Vt ſit iniqua. Iterũ contra hãc triplicatio ſurgit
Actori ſi cauſſa ſubeſt magis æqua. Patebit
Vſus hic vlteriùs magis excipiendo, neceſſe
Si ſit. Sponſori prodeſt exceptio ſæpe,
Qua bene defendit ſe debitor, hæc tamen in rem
Si fuerit, veluti ex pacto. quandoque tuetur
Hunc tantũ, neq; perſonam tranſcẽdit in vllam.
Exemplum eſto, bonis ſi cedat debitor ipſe.

¶DE INTERDICTIS. TIT. XV.

INterdicta quidem ſolemnibus antè dabantur
Verbis, nẽpe aliquid prætore iubente, vel ipſo
Ne fieret prohibente. horum tũc maximus vſus,
Quando erat in cauſſã poſſeſsio, ſeu quaſi tracta.
Interdictorum ſumma eſt diuiſio trina
A prohibendo etenim, vel reſtituẽdo capeſſunt
Nomen, præterea ſunt exhibitoria quædam.
Prima vetant fieri vim, qui bene poſsidet, et qui
Defunctum vita, quò ius ſibi competit, infert:
Aedificare loco in ſacro, vel publico in amne,
Aut eius facere in ripa, quod nauibus obſtet.

At rem

At rem reſtitui mandant, quod dicitur vnde
Vi, Quorum paritérq; bonorum. Tertia in vſu,
Exhibeatur vt is, de quo tum quæritur, vtrum
Mancipium an liber ſit: num libertus habendus,
Ingenuúsve magis. num filius ille petentis.
Interdicta putant propriè tantum illa vocata,
Quæ prohibēt, quod idē verba interdico, vetóq;
Significant, tamen obtinuit ſic omnia dici,
Tanquā inter duo dicta. Sequens diuiſio ſit, quòd
Aut adipiſcendæ, aut retinendæ, aut ſunt recu-
prandæ
Nempe adipiſcendæ, Quorum patet eſſe bonorū.
Competit antè quidē, poſſeſsio quàm ſit adepta,
Non pòſt, dum fuerit tantum decreta, bonorum.
Contra illúmque datur, pro poſſeſſore, vel ipſo,
Qui pro hærede aliquā rem ſeu patrimonia tota
Poſsidet. Et dic quòd, pro hærede is poſsidet, eſſe
Qui putat hæredem ſe, Qui ſe non putat eſſe
Hæredem, titulúmq; alium iam non habet vllū,
Pro poſſeſſore is res poſsidet. Eſtque modi huius
Salui interdictum, domino quod competit illis
Pro rebus, fundo quas intulit antè colonus.
Tunc retinendæ agitur, cùm ſe contendit vterq;
Poſſeſſorē, etenim valdè iuuat eſſe. quòd omnis,
Et ſi nil præſtet, vincit qui poſsidet, atque
Rem retinet, quare magna eſt contentio ſæpe,

Pars

Pars vtra poſsideat, de proprietate prius quàm
Diſceptetur. vti qui debeat eſſe petitor,
Quíve reus pateat, quod ni conſtet prius, illud
Iudicium inſtitui haud poterit. Si de ædibus atq;
Fundo poſſeſsis lis eſt, vti poſsidet, aiunt.
Vtrobi, mobilium ſi eſt diſceptatio rerum.
Hiſce interdictis, qui nec vi, nec prece, nec clàm
A parte aduerſa res tempore poſsidet illo,
Quo conteſtata eſt lis, vincet. poſsidet autem,
Ille etiam, cuius quis nomine res tenet. Et ſi
Solo animo nequeat quæri poſſeſsio, ſolo
Ipſam animo retines. Recuprandæ dicimus vnde
Vi. quo interdicto poſſeſsio dicitur eſſe
Reſtituenda ab eo, qui aliquem ſpoliauerit, & ſi
Vi, prece, clámve illam fuerat ſpoliatus adeptus
A ſpoliante. Hodie ſpolians à re cadit, eius
Si dominus fuerit, qui, ſi ius non habet in re,
Tantundem, quanti res hæc valet, ipſe rependet,
Ac rem reſtituet. Quin & lex Iulia de vi
Priuata hunc punit, qui per vim, ſed tamē abſq;
Armis, deiecit de re quam poſsidet, vllum.
De vi publica erit lex vltrix Iulia, quando
Vis armis illata fuit, proinde arma vocamus
Non tantum gladios, galeas, aut ſcuta, ſed æquè
Cum ſudibus lapides. Eſt ſimplex omne, duplexve

Interd

Interdictum,etenim vtrobi duplex vocitatur,
Eſt duplex & vti,quòd diſceptator vterque
Actoris pariterque rei partes fouet ambas.
Aſt in ſimplicibus(ſunt qualia cætera)certus
Eſt actor,certúsque reus diſcrimine aperto.
Interdictorum vetus ordo atque exitus olim
Quis fuerit,taceo:nanq; in factum actio cuique
Suffecta illorum eſt,poſtquàm ius dicitur extra
Ordinem,vti modo iudicio fermè fit in omni.

¶DE POENA TEMERÈ LItigantium. TIT. XVI.

Litiget vt nemo temerè,iurare iubemus
Actorem atq; reũ, necnõ vtriuſq; patronos
Partis,quòd liti non vlla calumnia ſubſit:
Quódque putet iuſtam ſe cauſſam quiſq; fouere.
Quin aduerſanti,qui litigat improbus,omnes
Expenſas litis,damnúmque rependat oportet.
Prætereа & dupli vel tripli pœna timenda eſt
Illis ex cauſsis,quas,nos memorauimus ante.
Inſuper ex cauſsis ignominioſa quibuſdam
Eſt damnatio, vti ſi furti, vique bonorum
Raptorum,necnõ qua iniuria plectitur,actũ eſt,
Quáve dolus,ſic eſt ſi directa actio mota
Tutelæ,vel depoſiti, vel pro ſocio,atque
Mandati,non ſi fuerit contraria, verùm

Cauſsis

Cauſſis ex illis à nobis quattuor antè
Expreſſis etiam in pactos infamia ſurgit,
Non ni in damnatos alijs, diſcrimine quippe
Non paruo differt, ex crimine debitor, an ſit
Ex cōtractu aliq̄s. Reliquū, omne citatio oportet
Iudicium incipiat, qua parte parentibus, atque
Patronis, necnon ſoboli atque parentibus horum
Hoc prætor dat honoris, vt in ius hoſce vocari
Non ſinat à natis libertís ve, antè, petitam
Quàm veniam concedat eis, agere at ſecùs auſo
Eſt, decies quinûm ſolidorum pœna parata.

¶DE OFFICIO IVDICIS. TIT. XVII.

IVdicis officium ſupereſt nunc, ergo caueto
Ius dicens, ne aliter ius auſit dicere, quàm ſit
Cæſareis placitis expreſſum, aut legibus ipſis,
Aut quàm mos ſe habeat. Quare noxalis ei ſi
Actio propoſita eſt, actórque probauerit, ipſe
Sic condemnato. Proculo Titium in duo nūmos,
Dedere vel noxæ condemno. Si fuit actum
In rem, ſuccumbátque, petens, abſoluere debet
Poſſeſſorem, actor verò ſi vincat, oportet
Reſtitui iubeat rem ipſam cum fructibus, at ſi
Poſſeſſor ſe poſſe negat tunc reddere, tempus
Eſt indulgendum, dum de pretio tamen eius

Is caueat litis cum interceſſore, quòd intra
Tempora reſtituet data. Quæ nūc diximus in re
Priuata valeant, ſi cuius cuncta petantur
Defuncti bona. Porrò bona ſi quis fide vtraque
Hac ſpecie obtineat, ne cogito reddere fructus
Quos non percepit, vel quos conſumpſerit, vſque
Actio dum fuerit mota, at prædo omnis in omnes
Damnetur fructus, quos percepiſſe liquebit.
Percipere aut potuiſſe. Reus conuentus vti rem
Exhibeat, ſi non cùm cauſſa hanc exhibet, actor
Quā tū habiturus erat, cùm primū eſt actio mota,
Damnator quantum actori dedit hæc mora dāni.
Verùm tempus ei decet indulgere petenti,
Quando fideiuſſorem offert, damnabitur autem
In quantum in litem iurauerit actor, id intra
Tempus ni exhibeat. Si hæredes inter agatur
Herciſcundæ, reddatur ſua portio cuique
Hæredi, verùm iudex, compenſet vt antè
Eſt dictum, nummis rem, quæ præponderat, atq;
Condemnare alijs illum, qui ceperit vnus
Fructus, hæredem debet. Rurſum id quoq; fiat
De multis, cùm agitur rebus cōmunibus. atqui
Res ſi eſt vna, pares det partes omnibus, & ſi
Commoda non fiat diuiſio, rem dato ſoli
Totam, & quantū alijs vergat, condēnet in ære.
Hunc alijs, ſi ſit de finibus orta regundis

Actio

Actio, diſpiciat iudex, num adiudicet agri
Quicquã alij, vt meliùs renouatis terminet agros
Finibus, ac eſſent olim, nam adiudicet vni
Alterius partem fundi ſat congruit æquo.
Tunc autem in pretium damnet, cui quæritur, illi
Cui pars eſt ablata, ſtatim quippe illius eſt res.
Nomine & hoc dãnet, circa fines malè quiſquis
Commiſit quicquam, aut prætore iubente rebellis
Non fuerit forſan metiri prædia paſſus.

¶DE PVBLICIS IVDICIIS. TIT. XVIII.

VIx cum iudicijs, quorũ iam mẽtio facta eſt,
Publica habent commune aliquid, nanque actio nulla
Ordinat hæc, quin eſt diſcrimen in inſtituendis,
Atque exercẽdis. Sunt publica dicta quòd omni
Plerũq; ex populo datur iſta mouere. Sed horum
Sunt capitalia, item ſunt non capitalia quædam.
Supplicio adficiũt hominem extremo illa, ſed iſta
Dant ignominiam ſimul ac nummaria damna.
Publica ſunt ergo hæc. lex Iulia maieſtatis,
Cæſareæ ſi quidem, ſi quis molitur in ipſam,
Eſt maieſtatis vindex, atque irrogat illi
Mortem, vltráq; necem pœnas extendit eidem.
Iulia adulterij, non tantum ſæuit in illum

Alterius quicunque thorum violauerit, atqui
Interimit gladio marium quoque concubitores.
Qui verò viduam ſtupro pellexit honeſtè
Viuentem, aut quæ eſſet virgo, huic eſt pœna bonorum
Dimidij, fuerit ſi is conditionis honeſtæ,
Sin humilis, corpus caſtigat, eúmque relegat.
At Cornelia lex homicidia vindice ferro
Perſequitur, necnon qui cum telo ambulat errans
Occidendi hominis cauſſa. Quod mittitur arcu
Dicitur à vulgo telum, ſed Caſsius inquit
Eſſe, manu quidquid iacitur, nam à voce pelaſga
Τηλῦ deſumptum eſt, quòd longè mittitur: huicq;
Indicio eſſe poteſt hoc, quòd Græcis ἀπὸ βάλλειν
Eſt βέλος id, nobis quod telum. Denique ſica,
A qua nomen habent homines, quos iſta coërcet
Lex, eſt ex ferro culter. Verùm capite ipſa
Damnat eos etiam, qui odioſis artibus atro
Demittunt homines orco magicis ve ſuſurris:
Quíque palàm venum mala dant medicamina. Punit
Lex parricidas Pompeia, nomine verò
Parricidarum dictos intellige cunctos
Qui clàm, ſiue palàm adcelerarint fata parentũ,
Nati, aut adfinis, qui ſit ſub voce parentis
Comprenſus, vel qui tentarit talia, cuiús ve

Acta dolo hæc fuerint, licèt hic extraneus eſſet,
Conſcius & quiſquis fuerit, quibus omnibus iſta
Eſt pœna, inſuitur reus vtre ac ſimius vno,
Vipera item, ac Gallus cum his gallinaceus, inde
In mare, ſiue lacum, regio vt fert, proÿciendus.
Perſonas alias, adfines ſint licèt, atque
Cognatæ, ſi quis necet, hunc Cornelia tollit,
Qua ſicarius eſt plectendus: nam áltera dicta
De falſis, necnon teſtamentaria, falſum
Qui teſtamentum aut alia inſtrumenta notarit,
Signarit, recitarit item, aut ſubiecerit, & qui
Expreſsit falſum ſignum, ſculpſit've ſcienter,
Atque dolo malo, eum deportari iubet, ille
Si liber: ſeruus ſi ſit, morte adficit, atque
In lege hoc ſeruatur idem, ſicarius ipſa,
Qua punitur. Tum de vi eſt lex Iulia, qua vis
Publica punitur priuatáque. nanque ſine armis
Si commiſſa fuit, pœna eſt expreſſa bonorum
Tertia pars, ſi armis, eſt deportatio. Punit
Relligioſarum rerum, paritérque ſacrarum,
Noſtríque ærari fures lex Iulia lata
De peculatu. etiam qui, ſubripientibus ipſis
Publica iudicibus, ſuſcepêre, auxilió ve
Hiſce fuêre. Alÿs eſt deportatio pœna
Qui in legem inciderint hanc. Quin lex Flauia mortem

Interdum ſacris edictis principis infert,
Interdum pœnam leniorem, de ambitu, itemque
De reliquis, repetundarum quoque nomine Iuli
Extant, atque aliæ leges, quæ non nece, verum
Caſtigant pœnis alijs, qui peccat in illas.
Hactenus at ſatis eſt memoraſſe, atque indice ferme
Hæc mõſtraſſe. Quòd ex Digeſtis plena patebit
Notitia iſtorum, præſenti numine, vobis.

¶Libri quarti Inſtitut. Imper.
FINIS.

L. HON

L. HONORATI DRA-CONIS SYLVA, CVI TI-TVLVS THEMIS DICTA, cùm ei Doctoris inſignia fuêre Decreta.

Poſtquam fida tuæ noui præcepta, Palæmon,
Artis, & eloquij potui non dicier expers,
Obſeditque, anxitque meas ſitis arida fauces,
Et, niſi Pegaſidum, vix vlla explebilis vnda.
Attamen obtinui ſtudio iugique labore,
Vt dignata ſuo me candida numina cœtu,
Acrocorinthæo ſitientia guttura fonte
Placarent. verùm lympha (quis credat) in illa
Numen erat, ſensique ſacrum potaſſe furorem.
Tunc ego Mercurio noui, quàm præſtet Apollo.
Nec poſt vlla dies ſine carmine læta fluebat:
Tanta è Mæonijs ſtudijs concepta voluptas.
Carmina Calliope dictans heroica, Cleio
Geſta docens, calamos Euterpe inflare, Thaleia
Comica, Melpomene tragico reſonare boatu,
Terpſichore cytharam pulſare, Polymnia vires
Eloquij, terras Erato, cœlúmque profundum
Vrania, æternos monſtrabant laudis honores.

Ocia ne credas vana, aut ſine fruge laborem,
Theſpiadum celebrare choros, audire ſonoram
Auricomi Phœbi cytharam. His pendere totam
Mens erat ætatem, ſed contra vota parentis
Contra vota ratæ, vulgi de more, futurum
Vtile non ſatis id, quo res non auctior eſſet.
Aſt ego diuitias animi ſatis eſſe, ſupérque,
Non modo præcipuas rebar, ſyncera ſecutus
Dogmata diuinæ ſophies, ſtudiúmque Platonis.
Hæc ergo ancipiti mecum dum pectore voluo,
Et nondum, præſtétne meæ ſententia menti
Materna, an contrà noſtri ratio arbitra dictet,
Cernere ſat promptum eſt, ſtupidas vox perculit aures,
Candida quam nobis lux circumfuſa creaſſe
Viſa, diem qualis referens Latomus orbis.
Præcoquis attonitum miracula tanta diei
Nexuerunt animum, concluſerat & mea lumen
Lumina, nec virtus inerat mihi cernere, donec
Luce latens numen placido ſic pectore fatur.
Pone metũ, vultúsq; Draco noſce (inquit) amicos.
Pone metum, potuíque oculos intendere luci,
Tunc diuina meo ſe obtutu oſtendit imago
Virginis egregiæ forma vultúque verendæ,
Cui grauis aſpectus, triſtis, contentus, & acer,
Terrifici inuiſtis oculi, torua ora nocenti,

Mitia at vt poſſint inſonti, & grata videri.
Diſſimiles ſiquidem non iiſdem ſpectat ocellis.
Gratia iuncta Deæ comes adſiſtebat, & illi
Cominus irarum dominæ vindicta miniſtra.
Próque ſatellitio præerant terrórque, fauórque.
Cœperat hîc igitur, cùm ſic Dea voce ſecuta eſt.
Ergo hæres tibi tu contrarius (inquit) idémq;
Quod ſequeris, refugis? Tu noſtri adcẽſus amore,
Nec, quod amamus, amas? ego, ne ſis neſcius, illa,
Illa ego ſum, quã tu ex monitis ſcriptísq; ſophorũ
Venaris: ſed iter declinas certius ad nos
Perducens, matris, generis, patriæque renitens
Votis, dum legum tibi nulla eſt cura mearum.
Hæc ſunt plena quidem Sophiæ compẽdia veræ.
Offendes alibi ſcopulos durásque ſalebras.
Inueniésq; nihil fermè, quàm nominis vmbras,
Verborum pugnas, & inani cuncta receſſu,
Maxima ſe quamuis oſtentent plurima fronte.
An tibi nata Iouis tanti eſt, cui colla potentes
Submittunt? quam ſceptra colunt, veneratur O-
lympus,
Formidat pelagus, tellúsq; tremiſcit, & Orcus?
Cuius & imperio conſiſtunt omnia, ſiue
Res hominũ ſpectes, ſeu ſacra & ſancta Deorũ?
Quæ, rogo, relligio ſine me, pietásve fidésve?
Ecquis ſecurus vitæ locus? ergo parentem

Me,me reginam morum dixêre Sophorum
Præcipui,queis noſtra fuit perſpecta poteſtas.
Hi norunt,noſtro nulli violabile numen
Impune.at contrà,qui nos colit,huic pater ipſe
Iuppiter,ætheree & Iuno,quæ præſidet oræ,
Neptunúsq; tridente ferox maris arbiter,atque
Alma Ceres quæcunque ferunt bona,commoda,
læta.
Hunc ego pono parẽ Dijs,hũc venerabile terris
Efficio numen.non ſunt hæc præmia tanti,
Vt ſim digna coli? vt mea ſit ſeruanda voluntas?
Aſt hoc præcipuè,ne tu fallare,voluntas
Noſtra iubet,ne quis ſoli ſibi ſe putet ortum.
Cùm merito noſtri partem ſibi vendicet ortus
Patria,pars generi ſit debita,pars & amicis,
Vt natura monet,ratio iubet,hoc malè noſſe
Ipſe videris,adhuc tibi tantum cõmoda curans.
Iuppiter ingenium communes iſtud in vſus
Fecit.habes pectus fœcundum,gratia linguam
Non refugit.nũc te multis data ſupprimere vnũ,
Abſit,ego vt patiar.Noſtra eſt ſentẽtia,noſtris
Impendas placitis operam,myſtesque ſacrorum
Noſtrorum efficiare,iuues patriamque genúsq;.
Perlege,quæ noſtri à nobis adcepta miniſtri
Donarunt hominum generi Regesque,Sophíq;,
Aegypto Bocchus,necnõ ter maximus Hermes
Zaleu

Zaleuchus Locris, Thebis Philolaus, Athenis
Ante Solona Draco, cuius tu nominis hæres,
Atque vtinam ſtudij ſis, verùm mitior illo,
Zamolchus Scythiæ, Minos tibi Creta, Corintho
Pheidon, Chalcydicis tibique (ô Carthago) Charondas
Ac Pallas, Numa Romanis, Sparthæque Lycurgus,
Moseſque Hebræis, ſi quidem quas quiſque ferebat
Leges, acceptas à numine teſtabantur:
Et meruère fidem. quis enim, niſi mentis egenus,
A ſuperis fluxiſſe neget, ſi panis, oliui,
Veſtis, vini vſus ſunt credita munera diuûm?
Nam cur panis alat, cur vires addat oliuum,
Frigora cur veſtes abigant, curáſque Lyæus,
Ni lex & cædes, & vulnera, vimq; propulſit.
Fac celaſſe homini Bacchum ſua munera: flumen
Non poterat ſedare ſitim? ſua dona Minerua
Subtrahat: igne abiges hyemem, viréſque labore
Firmabis. Segetum ſpicas producat inanes
Flaua Ceres, ſuperãt, quæ paſcãt corpora, poma.
Inuidiſſe Deos leges mortalibus æquas
Finge. nihil ſupereſt, quod mores frenet, honeſtum

Præcip

Præcipiat, fœdúmque vetet, quod præmia iuſto
Reddat, quòd ſonti pœnas infligat amaras.
Quæ vitæ fuerint tum cōmoda? quǽ ve voluptas?
Cùm fuerit differta malis vita omnibus omnis?
Legibus ignotis vbi Regum ſancta poteſtas?
Nemo Deos norit, ſceptrorum iura perirent:
Nullæ conſtarent vrbes: humana labaret
Conditio, interitus propior melioribus, vllus
Si bonus eſſe poteſt, vbi nulla eſt cauſſa bonorũ.
Quæ fera tunc diſpar homini, ratione tacente,
Quæ, quòd pollet, habet noſtrarũ munere legum.
Has igitur diſce, & nullo moueare labore.
Nam modicus labor eſt, vbi præmia iũcta labori.
Dulciáq; vtilibus ſtudium commiſta probabunt.
Res hominum diſces hic tu, paritérq; Deorum.
Sæpéque naturæ penetralia ſacra ſubibis,
Peruiáq; haud multis Sophiæ venerabilis, atque
Multa recognoſces priſcis excepta poëtis,
Et veterum hiſtorijs animo iucunda legenti.
Diſciplinam igitur legum dignator, amáque.
Diſce iubere alijs, vrbes moderarier, æquum
Dicere, principibus vel par, vel proximus eſſe,
At certè melior. Virtutem amplectere cunctas
Verè complexam virtutes, vera fouentem
Cōmoda. qd melius? qd honeſtius? ecqua voluptas
Non minor hac fuerit? iuſſa ergo noſtra capeſſe.

Hac

Hac iter ad nos. hâc ſuperûm accerſêre cateruæ.
Quærebam mecum tacitus queis dicere grates
Par eſſet verbis, quid enim obiectare licebat?
Cùm mihi conſtaret vero illud verius ipſo,
Aſſeruit quodcunque bonæ ſuadela Themiſtos,
Et me mira ſui forma incendiſſet amore?
At tunc cum ſomno tenues euaſit in auras
Aſtrææ ſpecies. vigili hæc pòſt mente reuoluens,
Et nil tale Deûm fieri ſine numine prorſus
Certus, amica Deæ concepi pectore iuſſa,
Atque indefeſſis incumbens viribus, almis
Impendi ſtudijs operam rectíque boníque.
Sic ergo incedens tua per veſtigia magne
Alciate, vt Muſis Sophiam, Sophiæ ipſe pareti.
Coniunxi leges. verùm tu excellis in iſtis
Omnibus, vt ſi quis tibi proximus eſſe putetur,
Sit verò is magno tibi proximus interuallo.
At nos contigimus vix ſummis iura labellis
Audaces mage, quàm felices. Hinc tibi ſummi
Fama panomphæi conuexa excedit Olympi:
Concauáque ampla replet, vix longo Hyperio-
nis æuo
Interitura priùs, vix luce obſcurior alma.
Dũ nos vix numerũ facimus, ſine nomine, parui,
Obſcuríque, iſtis niſi circumfulſeris ipſe
Nos radijs, dederis præclaræ & præmia laudis
Exactæ

Exactæ bene militiæ, durique laboris,
Queis ſine triſte labos, ni ſpes emolliat. vnde
Hæc ſi tollantur, vilis torpeſcat oportet
Virtus, nunquam etenim non eſt coniuncta labori
Difficili. Hoc dudum nouit venerãda vetuſtas,
Iudicio meritis plerunque æquiſſima rerum.
Ergo vt virtutis ſtudium præſtantius omni
Eſt alio, ſic huic alia præſtantior omni
Propoſita eſt merces, nimirum gloria corda
Sollicitans, hominésque impellens rebus honeſtis.
Hinc ſerta, armillæ, torques, arcúsque, ſigilla,
Decreta, & ſtatuæ, ſi quis ſeruaſſet ab hoſte
Ciuem, ſi bello viciſſet, fortiter audax
Si expleſſet facinus, ſic maius laudis honore
Orbe nihil toto penitus fateamur oportet.
Ergo ô Læta dies, albóque notanda lapillo.
Ergo ego nũc felix, cùm tam ſacer ordo benignè
Mecũ agis (haud eqdẽ merui) me fortibus æquãs.
En me optant Themidi ſuffragia cãdida myſten.
Atque ſodalitio cœtus doctiſſimus addit,
Alciate, iſtiûs tu trade inſignia laudis.
Quòd ſi non poſſum dignas perſoluere grates
Aut agere, ingratum verear me iure vocari
Ni ſaltem immenſas in pectore ſemper habebo
Et noſcam adfectum, non tantum facta licere.

FINIS.

ANT 1318606